Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

21,-213.-4°   DA BOX
(LN bis 214)

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

2

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

DIVINORVM CHARACTERVM HALECVM DVARVM, IN LITTORE NORTVVEGICO, Anno 1587 CAPTARVM

VERA LECTIO AB OMNIBVS HVCVSQVE IGNORATA.

NEC NON

PROPHETICA EXPLICATIO, anno quidem ſuperiore ſcripta, nunc primùm verò in lucem edita.

IN QVA

Præcipua ferè omnia prædicuntur, quæ ad annum vſque 1628. in toto orbe terrarum futura ſunt.

ANTIPANTE FRANCO CHRISTI SERVO AVTORE.

ANNO M. D. XCI.
Menſe Maio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

CHRISTIANIS OMNIBVS GRATIA & pax a Deo Patre, & Domino Ieſu Chriſto.

*QVI ſuper tribus ſceleribus & ſuper quatuor dicit, ſe non reuoca-
turum Damaſcum, Gaſam, Tyrum, Edom, Amon, Moab, cum Iuda
& Iſraël, Amos. 5. ſeipſum explicat, dicens; Ego noui, quòd præ-
uaricationes multæ ſunt, & peccata ingentia, quæ diuerſarum ſectarum
populi, ſuperiorum gentium nominibus expreßi, in Chriſtianiſmum inuexe
runt, & quotidie inuehunt, agnum Dei ad ſuorum vindictam excitando. A
quo iam ſecuris ad radicem arborum poſita eſt, vt omnis arbor, quæ non bo
num fructum fert, excindatur & cribro Chriſti eius Eccleſia purgetur, ſe-
cundum hanc prophetiam, & Pſal. 50. Quare videte, fratres, ne quis mo-
nitorem & prædicẽtem odio proſequatur. Quin potiùs rationes fidei ſuæ,
& operum ſuorum a ſemetipſo expoſcat. & ita fiet, vt Deo gloriam det,
fateaturq́; illum iuſtè & meritò in omnes nationes animaduertere, & pro
phetiarum præmonitiones datas eße ad reſipiſcentiam peccantium exci-
tandam, vt iram Dei mitigent, & ſcelerum ſuorum veniam conſequantur.
Quàm æquè Catholicis, Proteſtantibus, Reformatis, & reliquis Ieſum eße
Chriſtum profitentibus ex animo opto. Eoſq́; rogo orent pro me interim,
vt veritatem Euangelij æterni, quam eis paro, poßim ad bonorum conſola-
tionem quamprimum in lucem emittere, vt iam in Regis Daniæ nomine præ
ſentem prophetiam euulgo. Cui gratiam habeatis. Nam eius ſumptu in ip-
ſius regno conſcripta eſt.*

B.R.H.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

CHRISTIANO PRINCIPI ELECTO, HVIVS NOMINIS QVARTO, DANIÆ REGI, &c.

Antipas Francus Chriſti ſeruus S.

MIRABVNTVR fortaſſe, Illuſtriſsime Princeps, noſtri ſeculi ſapiẽtes, quòd ad faciendam fidem iudicii latentis in halecum duarum characteribus diuinitus immiſſis ex antiquiſsimis prophetiis rationes petierim. Sed mirari deſinent, credo, quum ex rerum ſerie ſibi perſuaſum habuerint, Deum, quaſi iure poſtliminii, velle è multiplicis Pharaonis ſeruitute populum ſuum vindicare, ſuiq́; Chriſti nominis profanationem tandem aliquando detegere. Quam vt notam faceret, iniecta falce in propriam meſſem, viros, mulieres, pueroſq́; in defenſionis & patientiæ fide victimas holocauſtaq́; fecit. Quæ in horreum ſuum tritici puriſsimi collectio efficere non potuit, vt profanatio dignoſceretur. Tanta enim tenebrarum craſſities in hominum mentibus inhæſit, vt omnes vno conſenſu in præceps ruant, nemine ſeſe offerente, qui rectam ſemitam doceat aut ſequatur. Quod ipſe volens facere, hac illac è natali ſolo retrahere pedem cogor, & tandem è Francia tota. vbi, miſeranda tenebrarum cæcitate, pro re futili & terrena quæror, vera cognitionis luce, quam a viginti tribus annis profiteor, non ſolùm ſpreta ſed etiam odio habita ab iis, qui mihi inuident quòd in rebus diuinis eorum libidinem & amentiam non ſequar. Quæ res in Eccleſia noua non eſt. In qua quando Deus vult electionis ſuæ lucem patefacere, maximam ei tenebrarum molem obiicit, ex qua hominum iudicio numquam ſe euoluat. Quod nihilominus tandem facit; lucemq́; mirantur omnes, & electi eam inſequuntur. Cuius rei teſtimonia multimoda & perpetuò ſe conſequentia dantur in ſcripturis. Quorum omnium longè maximum Chriſtus eſt Phariſæis tantò plus exoſus, quantò in dies clariora miracula edebantur ab eo; Qui vbique, quum iudicatur, vincit, tam in propria perſona, quàm in omnib. in ſe credentib. ſimiliter & pari de cauſa Mundo exoſis & Antipantib. factis ob illam eorum doctri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

næ luci oppoſitam tenebrarum in ſe contractarum molem. Quæ nunc in hac generali Dei meſſe in partes diſſecta eſt, tantò cognitu difficiliores, quantò præcedentis meſsis lux clarior & generalior eorum iudicio conſpicitur, qui propria luce obcæcati ſunt. Vnde adhuc inter populos Chriſti nomen profitentes, quæ antiquitus in Paganiſmo viguerunt, vigent hodie, magna cum Chriſti nominis profanatione, compotationes, ingurgitationes, luxuriæ, ſcortationes, vindictæ, ſimultates, auaritia, maleficæ artes, idolorum ſeruitus, & in ſumma Dei contemptus vbiq; maximus. A quibus, quamquam magna cum ſeueritate a Deo quotidie gladio, peſte, fame, et mortibus varijs viſitantur homines, cœleſtibus ſignis de ira diuina ſubinde multiplicatis; pedem tamen retrahere nolunt, teſtium veſtigia brachium Domini manifeſtantium nihil curantes, & præpoſtera fide proprium brachium confirmantes. Qui ſatis ſibi feciſſe putant, modò holocauſtorum præcedentium cineribus aſperſum habeant caput; voluntariè ignorantes, iſtud eſſe in Philiſtinorum familias degenerare, & in locum veræ fidei Iudæorum, id eſt Chriſti nomen confitentium, Sodomitarum & Gomorrhæorum dogma ſufficere. ex quo diuina meſsis deficit. Quare Deus non abs re iratus, in propriam vineam falcem iniecturus, ne arboris vitæ palmites decidantur incogniti, exciſionis vineæ mutos piſces characteribus ſigillo diuino clauſis præcones facit; & ſigilli apertionem in tertium annum differt. vt ex ea illius a Deo vnctio dignoſcatur, qui profanationem diuini nominis genuina & ſincera fidei euangelicæ declaratione detecturus ſit. Quod in poſterum fatebuntur omnes, qui a Patre palmites plantantur in cœlis. Et tu ipſe pariter, Illuſtriſsime Princeps, quamquam adhuc iuuenis & adoleſcens, fateberis in ſalutem vnà cum eis doctrinæ veritatem. Cuius integram manifeſtationem promiſit magno cum iuramento Angelus ex hac vltima tuba & declaratione. Quam vt facere poſsim, quia ſemper Gallicè & loquutus ſum & ſcripſi, mihi iam ſpiritu ſuo verba Latina ſuggerere & mentem aperire illius eſt, qui ſuperbos deiicit, & humiles protegit ac fouet. E quorum numero in hac Iordanis fluminis eleuatione te precor, vt eſſe velis. Nam, quando illa fit a Domino, Pater vnà maria ex aduerſo eleuat, & ab Aquilone procedit Dan,

id eſt

id eſt, iudicium. vt nunc è Daniah, id eſt, iudicio Exiſtentis. Quo-
niam poſtquam Chriſtus per reſurrectionem factus eſt Semus, id
eſt, in cœlis Poſitus, Iaphetus a Deo perſuaſus in eius tabernacu-
lis habitat. Quare hoc vniuerſum Daniæ regnum inter familias
Iſraëliticas pro tribu Dan habetur. Cui Iacobus benedicens hæc
ſuſpirans addit; Salutem tuam expectaui, o Iehouah; ſignificans,
ex illa benedictione maximam cladem futuram; quæ a Ieremia
legis & carnis tempore viſa eſt; & quæ iam maior ſubſequutura
eſt ex hac generali Iordanis vltima eleuatione. Quod Iacobo,
dum moreretur, nequaquam ignotum fuit pari ratione atq; hæc
iudicii præcautio nullum regnorum Chriſtianorũ latere poteſt,
duabus de cauſis. Prima, quia, quæ eis omnibus quotannis ſuffici-
ens eiuſmodi obſonium præbebat, halecum piſcatura iam a qua-
tuor annis defecit. Secunda, quia ſterilitatem hanc inſecuta eſt
præſens halecum ſcriptura, multis diuerſiſq; ob eam cauſam exa
ratis & libellis, & exemplarib. ijſq; in lucem emiſsis, & vbique
diffuſis; ſed a nemine tamen characteribus ipſis ſimul & lectis &
explicatis. Quin potiùs multis ſibi perſuadentibus, ſcripturam
hanc inuentum eſſe humanum; qui, vt ex hominum mente tanta
deleatur prophetia, eam cauillis & ſubterfugijs in ſuam pernici-
em infirmant. Alij verò halecum ſterilitatem præſtigiis dæmo-
num attribuunt, eò quòd multi hoc tempore incauti, præſertim ve
rò in his regionibus, eiuſmodi præſtigiis decipiuntur; in quorum
peruicaciam Maieſtas tua iuſtè & meritò animaduertit. Sed
falluntur vtrique. Nam rerum ſterilitas vel abundantia, eorum
præcipuè, quæ ad vitam vniuerſorum faciunt, in manu Dei ſunt;
Cuius eſt de vniuerſorũ malitia cognoſcere. Vt nunc, quando re-
gna animaduerſione digna iudicantur, illo maris pabulo priuan-
tur; non in perpetuum, ſed ad tempus; non ſecus atque ad tempus
Zacharias ſermone priuatur, quò omnib. eius filii generatio atq;
natiuitas a Deo eſſe dignoſcatur. Itaque, vt in filii circunciſione
Zacharias, magna cum adſtãtium admiratione, non ſolùm a Deo
loquelam recipit; ſed etiam propheticum os in laudem Omnipo
tentis aperit ſimiliter, ob propheticæ ſcripturæ diuulgationem,
vnà cum voluntatis diuinę intelligentia, halecum piſcatura in pri
ſtinum ſtatum reſtituetur. Verùm pari conditione atque Sodo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

mæ & Gomorrhæ reges è regum orientalium ſeruitute ab Abrahamo liberantur. qui poſt quatuordecim annos, ob ingratitudinem, igne cæleſti comburuntur. Quam ingratitudinem vt fugerent, eis Lotus pręco erat. Quo modo mea interpretatio vobis erit, pręſidii et defenſionis loco, ſi eam omnes ex animo amplectimini ſecũdum Ieremiæ declarationem dicentis. Repente loquar aduerſum regnum, vt euellam & confringam & perdam. Sin autem conuertetur gens ipſa a malo ſuo, quod loquutus ſum, pœnitebit me mali, quod cogitaueram facere ei. Repente quoque vt loquutus fuero de gente, & de regno, vt ædificem & plantem, & fecerint malum in oculis meis, vt non audiant vocem meam, pœnitebit me illius boni, quo conſtitui eis benefacere. Nunc ergo audite omnes populi prophetiam, quam vobis explico, ſi fortè Deum pœnituerit eorum, quæ in vos a longo tempore excogitauit ſpiritus eius, qui ſui nominis profanationẽ in æternum non fert. Qua polluerunt ſe omnes populi, qui baptizandi baptiſmum ignorant, & baptizati eius cognitionem ſpernunt. Eoq; modo nomen Domini in vanum ſuper ſe ſumunt; baptizati, vt Chriſtiani, & interim operibus Chriſtum denegantes. Chriſtum fatentes regem & ſe in eius regno reges efficientes. Nonne regnum illius eſt, cum de illius legibus agitur? Non eſt, non eſt, vt creditis, cuiquã Chriſto in ipſius regno ſe præferre, vel æquare licitum. Quia hoc eſt populum Domini in Aegypto detinere. Leges Aegypti, & leges Iſraëlis diuerſæ ſunt. Quapropter omnes vnà cum Aegypto in hac eleuatione fluminis peribitis, niſi diſcatis obedire. Vſurpatio & conſuetudo nullum habent locum aduerſus Iehouam, qui ſenior nobis eſt & in ſua poſſeſsione iis prior, qui ei⁹ ſuper ſe dominii nomen in vanum ſumunt. Coram eo nihil proderit dicere, Conſilio adhibito, feci, vel, vt illi loquuntur, Ex cõſenſu fratrum. Eis reſpondebitur, Reges Iſraëlis conſilio adhibito, quicquid agunt, faciunt; Ex conſenſu fratrum faciunt ſacerdotes, quando, quomodo populi aſcenſum in Ieruſalem impediant, inter ſe conſentiunt. At Moſes conſentit nemini, præterquam ſocero in reb. ciuilibus, vt popul⁹ ſubleuetur & ipſe iuri dicendo par eſſe poſsit. De qua re etiam, vt de cæteris, Deum conſulit. Dauid ſimiliter, quicquid deliberationis eſt, Dominum conſulit. Si verò peccat,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

Deo peccatū fatetur,& reprehēſori etiam infimo,gratiam habet. Quod teſtatur in Gadi reprehenſione Pſalmus 141. Percutiat me iuſtus,erit beneficium,& increpet me,oleum capitis non franget caput meum. Quia adhuc & oratio mea in malis eorum. Deiecti ſunt in locis petroſis iudices eorum; & audiant verba mea, quoniam dulcia ſunt. Quæ phraſi noſtra ita reddi poſſunt. Beneficium erit mihi iuſti plaga. Increpet me licèt, oleum capitis, id eſt vnctio & regia poteſtas,qua arguenti reſiſtere poſſem,non auferet mihi caput. Quoniam adhuc [patiar] & oratio mea in malis eorum; id eſt,in eorum punctionibus ſupplex ero,& Deum rogabo. Nam [Saul cum filiis ſuis] iudices eorum contra rupes [Gilboë] contriti ſunt in caput. Quare audiant verba mea [ii, quos oro] quoniam benigna ſunt. Quod exemplum omnib. Chriſtianis regib. imitandum eſt;præcipuè,quum a Chriſti morte hic ci ſacrificium defecerit. Quo ſignificatur, in Eccleſia regiam poteſtatem nullum habere locum. Eos igitur, vt ſalui fiant, in templo Domini oues oportet eſſe, Iobo ſimiles, qui ouis in templo quum ſit, in ciuilibus eſt Elephas. quem ſe feciſſe vnà cum Iobo Deus affirmat. Ecce, inquit, Behemoth,quem feci tecum herbam tanquā bos comedit. quod declarat,regiæ eiuſdem naturæ a Deo ambos factos eſſe. quæ vtraque deſcribitur in libro Iobi; videlicet animalis illa manſueta natura, 40. capite; & regalis Iobi natura, 29. capite,& duob. ſequentib. Quam,quòd id animal tibi inſigne regium eſt,facile eſt tibi præ oculis habere, ſed imitari difficile. Quippe quòd id animal ſanguinem non edat, nec vinum vel ceruiſiam bibat. Hæc autem ſibi propria ſacerdotes,& principes huius ſeculi fecerunt. Tametſi peſte,& igne citiùs vitanda ſunt, Nam iſta cor eleuant, & iudicium peruertunt, ne monitoris vocem diſcernere poſsit. Eam verò in auribus veſtris neceſſe eſt perſonare,vt abſentis pariter atque præſentis Domini ratio habeatur. Quem ſuppliciter rogo, vt iuuentutem tuam doceat & ſuo ſpiritu regat, dextramq; ſuam in negotiis & rebus gerendis tibi porrigat;quò,aurem huic prophetiæ præbendo, longæuus ſui populi paſtor euadas,Ioboq; ſimilis, verè Elephas exiſtas; & ſimul cum Antipante,Iacobo ſpirituali, operâ ſpiritus ſancti ad vitam æternam perducaris. Amen.

Colingæ 30 Nouembris 1590.

DIVINORVM CHARACTERVM HALECVM DVARVM, IN LITTORE NORTVVEGICO, Anno 1587. CAPTArum, vera lectio, & prophetica explicatio.

A Sapiente peruulgatum illud, Dei gloria eſt ſermonem celare, Regum verò gloria eundem ſcrutari, tantæ latentis energiæ & virtutis eſt, vt quamuis delitijs eneruati reges profundiſsimo quaſi veterno in Dei iudicijs ipſa luce clariorib. contemplandis detineantur; tamen eorum oculis ſi ſe quoddam offerat oſtentum, in quo diuinus ille ſermo ignotus lateat, tantus eius cognitionis ardor in eorum cordib. continuò accenditur, vt numquam perquirendi finem faciant, donec eum repererint, qui, diuino afflatus ſpiritu, ſigillum illud diuina ſapientia clauſum, omnibus magna cum admiratione aſsentientibus, euidentiſsimè aperiat. Quod videre eſt in Pharaone Ægyptio & Nabucchodonozore Babylonio, ambobus regib. voluptati inſeruientib. Quibus, ſtatim ac diuinus ille ſermo, in eorum ſomnijs latens, ſeſe obtulit, ardens adeò eorum fuit eum intelligendi deſiderium, vt è ſomno expergefacti, ad tantæ rei interpretis inueſtigationem animi vires conſtantiſsimè intenderint. Quumque perquiſitis vndique viris humana ſapientia claris, nemo ad enodationem tanti myſterij idoneus reperiretur, demiſso tandem in ipſam populi fecem intuitu, eos vel carceris vel ſeruitutis ignominia obſcuros repererunt viros, qui ſpiritu prophetico, non propria ſapientia, eiuſmodi ſigilla diuino annulo clauſa, ad Deum ipſum interpretationis, vt prophetiæ immiſsionis, gloriam referentes, regib. ipſis ſpectantib. grauiſsimè aperuerunt; manifeſtatione illa clariores facti, vt Ioſephus, & Daniel. qui etiam Balſaſari ſcripturam manu diuina in pariete delineatam aperuit. Hæc autem omnia Chriſti manifeſtationem præceſserunt. Nam a Chriſto paſso nihil tale, quod ſciam, regib. quod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

gib.quod explicandum foret in Eccleſia, ante duarum halecum Nortuuegicarum ſcripturam ſeſe obtulit. Quæ characterib. inuolutis, quas cifras vocant, in admirationem piſcatores, illo oſtento conſternatos, non abs re induxit. Si quidem a prima rerum origine huiuſcemodi characteres nuſquam viſi ſunt, vſque ad diem vigeſimam primam Nouembris antiquo ſtilo anni 1587. qua haleces iſtæ duæ captæ ſunt. Quod Francofortinum ambarum exemplar, & alia, quæ multa vidi diuerſis in locis Germaniæ, vnanimiter teſtantur. Quarum prima in Nortuuegia (vbi ex Slandia halecum piſcatura eò delata, ampliſsima quaſi manna, in vniuerſa Chriſtiana Europæ regna ſpargenda, ferè a viginti quinque annis viguerat) ſub vicò Solterœr cæteras ſui generis magnitudine excedens ſola capittur. Hinc Hafniam (quæ Danicè Copenaga eſt) a piſcatore viris doctis oſtendēda primò defertur; et a multis conſpicitur, qui in chartis papyraceis illius characteres manu expreſserunt. Quorum ſuaſu ad regem Fridericum ſecundum (qui tunc temporis in Cimbria, quam Iuſulam Iuthlant Dani vocant, degebat) halec defertur eiuſdem menſis Nouembris vigeſimo octauo die (id quod illius halecis exemplar Lubecæ impreſsum videtur innuere) non ſine magna inſpicientium admiratione, & præcipuè Regis qui, terrore perculſus, ſtatim palleſcit; & profert, Hoc oſtentum vel mea, vel vxoris mors eſt. & eodem perquiſitionis ardore, quo ſuperiores, affectus eſt. Sed quia Daniæ regnum, antiquis illis impar, exiguis limitibus continetur, explicatio aliunde petitur. Nempe a vicinis Roſtokienſib. doctoribus; a quibus ipſe Imperator idem petit. Illi verò, in vnum conuenientes, quid tale portentum deſignaret, in ſecunda lateris ſiniſtri dictione exponere ſunt conati, eam, veriſimilitudine quadam ſitus characterum, in dictionem Malum verſam corrumpentes (quā corruptionē Lubecenſe exemplar ferme retinet) &, VICI MALVM; vel, VICI, MALùM, legerũt, & dextri lateris dictionē pro neglecta habuerũt. De quo Roſtokienſium reſponſo teſtatur exemplar Antuerpianũ Pariſijs allatũ. Non defuerunt etiam, qui Regi legerint, VICI MVLTA MILLIA. Alij verò tantùm VICI. in reliquis ingenuè ſuam fatentes ignorantiam, & a Deo Danielem alterum lectionis peritum poſtulantes. Verùm, quum hæ diuerſæ lectiones Regi non facerent ſatis, nuntium miſit, qui vbique in Germania perquireret, an eſſet, qui hos explicaret characteres, vnà cum characterib. alterius halecis paulo minoris, eodem die, quo ſuperior captæ, & ad Regem delatæ a ciue oppidi Marſtrant; quod a vico Solterœr ſex milliarib. Germanicis diſtat. Nuncius autem, quum Dominum Segurium doctorum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

virorum amantiſſimum regis Nauarræ ad Germaniæ principes legatum, de ſuſcepta perquiſitione ex mandato Regis conſuleret, germanum meum, vt plurimum legati commenſalem, reperit vnà accumbentem. Cui id negotij demandatum eſt, eò quòd inter literatos viros is poſtremus non haberetur. Diligenti igitur perquiſitione facta, quum in tota Germania nemo vir doctus (qui in ea regione multi ſunt, etiam Cabalam profitentes, ſi vſquam alibi) a fratre meo reperiretur, qui talia enodaret, nec ipſemet frater id præſtare poſſet; is ante vernas Francofortinas nundinas, librum de halecibus, Ananiæ Ieraucurionis nomine, in lucem emittit. Ego verò ferè eodem tempore Lutetiæ librum Gallicis rythmis deſcriptum ſub prælum dederam. Et dum ad amicos Lutetiæ degentes exemplaria, vt moris eſt, deferrem, exemplar vnum amico bibliopolæ è Francofortinis nundinis redeunti dono dedi. Qui mihi ſtatim fraterni libri exemplaribus aliquot donatis, retulit gratiam: exponens inſuper fratris animum, qui, ne tanti myſterij memoria euaneſceret, & ne, regijs beneficijs in ſe collatis, ingratus videretur, hunc de halecibus libellum in lucem emiſiſſet. Acceptis exemplaribus, fratrem quidem animaduerti (cuius religio & fides mihi nota eſt) aſſerere, certiſſimam eſſe halecum hiſtoriam, ſed, quos ibi expreſſerat, characteres nullo modo explicare. Nam pro fundamēto ſtatuens, characteres illos cifras (quas vocāt) eſſe, eos tamen ea ratione, qua antiqui Romani. S. P. Q. R. legebant, omnino exponebat; non aliter ac ſi vnaquæque halecum litera ex conceſſo dictionem vnam ſibi propriam deſignaret. Quod illi condonandum in re Deo ſoli nota, & gratiæ agendæ de characterib. vtriuſque halecis in lucem emiſſis.

Etenim, quod illi accuratiùs indaganti nuſquam occurrit, vt aliquem inueniret, qui hos characteres legeret, illo nihil tale meditante, opus eius reperit, me videlicet qui a longo tempore fratrem non videram, nec aliquid certi de illo hucuſque cognoueram; me, inquam, characterib. iſtis ab initio quodammodo infenſum; eò quòd non poſſem hiſtoriam veram eſſe, apud me ſtatuere. Quod cum nihilominus tandem feciſſem, multis eam aſſeuerantib. viris & fide dignis & amicis, trium dierum ieiunio adhibito, Deum optimum maximum, vnaq́ue eius filium ſupplex oraui, vt mihi, etſi indigno, ſimili ratione, qua ſomniator Ioſephus fuit fratribus exoſus, a miniſtris Dei verbum profitentibus, inueterato ab anno ferme 1566, odio habito, dementiæ inſimulato, probrisq́ue omnibus affecto, & eo nomine profugo, ob id ſolum, quòd profiterer Apocalypſεωs, aliarumq́ue inſuper prophetiarum clauem me habere ab ipſo Deo acceptam (Quod eis non imputetur. Nam

propheticum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

propheticum ignorantes ſpiritum id faciunt) qui etiam in itinere tredecim dierum, imbrib. quotidie deſcendentib. incipiente bello & ſanguine ſanctorum iam terra madente, a Lugdunenſib. militib. captus. collo laqueo adaptato, morte damnatus & ſaucius, in torrentem iniectus, manu diuina ab aquis liberatus fueram, ab eademque, adhuc ter in vitæ diſcrimen a Catholicis adductus, fueram ſeruatus (Quod eis ignoſcat Deus, quia quid faciunt neſciunt) Vt mihi, inquam, qui a bellatoribus vtriſque pariter vexatus, ac nouus Antipas vnus omnium telis opponor, ne harum halecum prophetiæ cognitionem deneget. Vt hinc notum fiat, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in Iſraële ſpirituali eò carnali præſtantiore, quò carne ſpiritus potior eſt, interprete propheta non eſſe deſtitutum. Tertia igitur ieiunij die, vigeſima Septembris nouo ſtilo anni 1588, nocte media apertis mentis oculis per ſomnium legi characteres, quos frater, qui mathematicas artes profitetur, & ob id lineamentorum ſolertiſſimus inſpector eſt, ſatis appoſitè in ſuo libro expreſſerat. Quoniam verò Daniæ rex ob bellum Franciæ inteſtinum Francorum regi diuinum omen non indicauerat ad interpretem in eo regno perquirendum, ignotus interpres Lutetiæ degebam, & quamuis diuinitus in ſomnijs monitus, vt illinc Chriſtiani diſcederemus, fore enim vt Lutetia deſtrueretur (Percontanti, a quibus, reſpõdetur, a militib. illuc Diepa aduenientibus; quod multis mirans, quî illud fieri poſſet, retuli) ibidem commorari pergebam. Itaque Pater omnium ſator, ſicut apprehenſa eius manu, ex vrbe Sodoma Lotum extraxit, ſic, ne in Pariſienſium inteſtinis inuolutus diſſidijs perirem, me Lutetia expulit. Nam tanto odio me Pariſienſes proſecuti ſunt, quòd miſſam non adirem, & eis prædicerem, lanienæ illius humanæ annum vigeſimum non præteriturum, quin interfectorum cineres Lutetiam è ſuo ſtatu deturbarent, fereque euerterent, eorum ſanguine coram Deo id poſtulante; vt eadem capitis pœna, qua cæteri in Chriſtum credentes nocturno ſupplicio ad eos perdendos excogitato, ab eis damnatus, iam iam comprehendendus, ſub noctem domum cuiusdam mei conſanguinei longè diſtantem adiens, vix poſtero die vrbem, & ſexto poſt, decima octaua Nouembris, nouo ſtilo, miraculoſè ſuburbia euaſerim. Adde, quòd in itinere contra ſpem ſeruatus, mihi tertia itineris nocte Gallicè dictum eſt, Propter patrem, qui bene vixit, te ſaluum feci. At ego; Quid mihi igitur prodeſt bene vixiſſe? Nonne dixiſti, hominis iuſtitiam eum certiùs liberaturam, quàm ciuitates decem vndique vallatas? Experrectus cognoui, & ſi parens, agni ſanguine dealbata veſte, obdormijt, Deum de patre ſpirituali

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

Chriſto eſſe locutum. Hinc, quamquam noua quotidie pericula ſubirem; tamen in me nemo manus immiſit, niſi, quòd in Lotharingia a militib. graſſatoribus ſpoliatus & ferè nudus relictus, incredibili & temporis iniuria & inedia vexatus, feritatem maximam multis in locis expertus ſum, Francodalum, & Francofortum vſque. Vbi a Gallis cognitus, Chriſtiana liberalitate ſubleuatus ſum; quibus Deus referat gratiam. ad quorum exemplaria vtriuſque halecis characterum lectionem accommodaui. Cuius cauſà, cum Daniam adire proponerem, ob regis mortem diſſuaſus & ob frigora hyeme maxima in illis regionibus vigentia, quum malè indutus eſſem, & prorſus defeſſus ob iter longiſſimum pro hoc macilento corpuſculo iam quinquagenario, pede fere nudo, hyeme ingruente, peractum, ne in regionibus idiomatis incogniti pauperculus victitarem, in Galliam Narbonenſem me conferre inſtituo. Verum interea apud Heluetios in oppido Laſarra dicto, ob tumultus bellici timorem, diutius moras trahens, decima nocte clara voce mihi dictum eſt; Diſcede. In ſenectute tua vocabo te. Cuius rei euentum, mane obambulans, dum animo perpendo; ecce Heluetius miles eques armatus qui ſecum duos ducit pedites Nouocaſtro Gratianopolim iter faciens, in hoſpitium meum diuertit. Hunc ſequor, & Gratianopoli Montilium Ademaris vſque ſaluus peruenio. vbi quadrimeſtris defatigatio me pedem figere cogit, Martÿ vigeſima prima nouo ſtilo anni 1589. Ibi multa indigna a præſidiarÿs militibus ſum paſſus. Sed quia, animalium hominum irriſiones contemnens, ab ſpiritualium malitÿs liberari cupio; tandem Deus, vt ipſius dicto audiens vbique ſim, Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, ite in aliam, fine eodem, quo Ionas Niniuem pulſus eſt, ſed diuerſa ratione, in Daniam me compellens, illius loci pinguis cuiusdam euangelici miniſtri contra me ſuſcitauit ſpiritum eo ardore me perſequentis, vt ore ſuo in aurib. meis protulerit, me numquam Montilio exiturum, poſtquam qualis eſſem cognouiſſet. Quo tempore, aperto marte, vt me meis ipſius verbis illaquearent, vnà nouus Iudex, qui claudus erat, & miniſter ille pinguis multa ex me quærere inſtituunt. Quod ego animaduertens, ſicut Iacobus in tranſitu torrentis Iabboc, domi Deum ardentiſſimè rogabam, vt manus virorum ſanguinum euaderem. Tandem mihi tertia noctis vigilia in ſtrato meo dormienti vir grauis nudato capite, nigro capillo, more Gallico tonſo, aſpera voce, oculis intentis me reſpiciens, Gallicè hæc protulit verba; Caue ne loquaris. id quod veteri Iudici retuli. Qui mihi de rege Galliæ & Nauarræ adeundo cogitanti, idque illi dicenti, antea iam reſponderat, A

reſurrectione


reſurrectione Regem videbis. nunc de te ipſo cogita. Hoc verò ex me audito, longo ſuſpirio hæc effatus eſt. Hem nimiùm iſta obſeruas. Inde me iudices miſſum fecerunt. & iter mihi vigeſima prima Ianuarij nouo ſtilo anni præſentis 1590. tanta cum fiducia arpertum eſt, vt etſi euangelici miniſtri, qui me è ſuis retibus euaſum videbant, poſt me duos miſerint viros, qui, ſi Lugduno iter facerem, tamquam bellicum exploratorem me deferrent; tamen ferme a mediterraneo mari ad Oceanum vſque quodammodo bis peruenerim; quamquam non ſine vitæ diſcrimine, ob inteſtina bella propter Franciæ regnum vbique vigentia. Nam Antuerpiam ingreſsus, omnia, quæ ad Dei cultum faciunt, ita immutata mihi viſa ſunt, vt, ne dignoſcerer, mutato gradu, potiùs quàm me nauigio inter hoſtes committerem, longiſſimam elegerim viam, Coloniam Agrippinam verſus in Holandiam proficiſcens. Nec tamen inter Vicoduerſtadium, & Traiectum graſsatorum militum reformatorum qui mihi quidquid habebam pecuniæ abſtulerunt, manus effugi. Traiecti autem, a vico Aga illuc reuertens, & Ordinum autoritate a militib. ablatas pecunias repetens, dum de die in diem iudicium protrahitur, petitionis octauo die, nocte media, proprio nomine clara voce vocatus, mihi timui malè. quod notum iam eſset nomen meum in ijs regionib. in quib. nomine è re mihi conficto verſor. Expergefactus, dono ſolenni, pecunias pauperibus repetendas do. At nona nocte rurſus eodem modo vocatus & iuſsus proficiſci, promiſso addito, me pecuniam accepturum, ad horam vſq; octauam matutinam retardatus, pedes Amſterodamum peto, cognoſcens Deum eſse, qui meam profectionem accelerat. Illinc pecunia ex mea opera accepta, qua veſtimenta permutaui, in Daniam ſecundo vento nauigo. Quò ſimul atque appuli, Fridrisburgum Maij 18. die, veteri ſtilo, pedes me confero. Quæ Slandiæ inſulæ regia eſt.

Hinc Hafniam regni metropolim proficiſcor. Vbi a Domino doctore Paulo Hafniæ Epiſcopo humaniſsime ſuſceptus ſum; biblicisque libris ſubleuatus, hæc ſcribo, ſingulis quæ mihi acciderunt, ſuccinctè expoſitis. Vt Deus meæ in Daniam profectionis & proinde huius propheticæ explicationis ſolus agnoſcatur autor. Cui ſit imperium, honor, & gloria in ſecula ſeculorum, Amen. Qui vbique me præſeruans in animum induxit meum, ætatis meæ ſecundo & quinquageſimo ingruente anno, quamquam vbique in itinere diſsuaſus, tantos labores exantlare. ne tempus tantæ prophetiæ, quæ rerum pōdere eis, quæ a Daniele Nabuchodonozori expoſitæ ſunt, nequaquam ſedit, mea culpa diutius protraheretur; & vt viſa & non audita hiſtoricωs

ſcriberem. Quò propheticæ declarationi, quam nunc aggredior, ſancta catholica Eccleſia, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, de rerum futurarum euentu fideliter edocta, maiorem adhibeat fidem. Faxit Deus, vt explicatio noſtra ipſius ſancto ſpiritu ducatur, & qui legent, eam ad ſui conuerſionem referant, potiùs de regno Dei quærendo, & iuſtitia eius, quàm de facultatum conſeruatione cogitantes. Multa enim in vniuerſo orbe hæc prophetia, fidei victoriam aßerens, breui ventura minitatur mala. Breuis illa quidem, ſed ponderoſa, more diuino; qui rebus ipſis in medium adductis, non multa in auras fundit, veluti ſomnia (quæ magnis hodie voluminibus ſpiritu erroris ſparguntur) ſed multum; idque ponderoſum. quippe halecum duarum exiguis characteribus, ad oßula ipſa vſque pertingentibus, atramento diuinitus immißo, verè in vtroque latere nigricantib. comprehenſum. Ita tamen characteribus diſpoſitis, vt lectio, a ſiniſtro incipiens latere, dextro concludatur. Dextrum autem dicitur latus, a dextra piſcis natantis; ſiniſtrum, a ſiniſtra. Vnde lectio in ſiniſtro latere incipit, & a capite ad caudam ducitur. in dextro autem terminatur; vbi a cauda ad caput ducitur, in maiore quidem halece; nempe quæ ab impetu, cui reſiſtit, ſubinde inuertatur. Cuius exemplaria duo ſunt; Manuſcriptum, mihi Colingæ a regijs miniſtris, vt characterum lectionem eis aperirem, propoſitum: & Francofortinum impreßum, ex quo ſcripturæ notitiam habui. ambobus characterum numero & qualitate inter ſe conuenientib. qua de cauſa eadem vtrius que eſt lectio. quod ex ipſorum collatione mox planum fiet.


Manuſcriptum exemplar.

Siniſtrum latus. Dextrum latus.



Francofortinum exemplar.

Siniſtrum latus. Dextrum latus.



Certa lectio illa ſola verè dici poteſt, in qua omnis conſonans ſuæ vocali iuncta

li iuncta neceſſarium ſenſum profert. vt in VICI *prima dictione; quam conſtat eſſe Latinam. Ex qua concludo, totam orationem eſſe Latinam. Cæterùm ſecunda dictio in manu ſcripto exemplari habet duas primas literas, f, l, diuiſas; quas, ſi halecem erexeris, ſequitur* u *iunctum elemento I. ante quod intelligi debet eſſe M, quod eſt in priore parte ſequentis cifræ. vt in altera parte* N *eſt ante I finale; Vnde fit hæc dictio* FLVMINI. *Eadem lectio eſt in Francofortino exemplari. Vbi cum litera f coniuncta eſt falx. cuius manubrium vſque ad I efficit L. & ſi halec erigitur, reliqua falx, eſt v Italicum. In ſecunda verò cifra linea illa ſupra* N *extenſa addita eſt. Itaq; auferenda; vt eadem lectio habeatur. Dextrum autem latus habet, ſi inuertatur* N *inciſum* NER *efficiens. Quod poſt vltimum V cum altero V ſupra M locato in Francofortino exemplari ſententiam concludit, ſubſcripto puncto; & in manuſcripto, ouali figura, quaſi retinaculo, punctum referente. Vnde fit dictio* NERVVM. *Itaq; tredecim elementorũ ſuis cifris inuolutorum explicatio, ſi per ſe explicato verbo* VICI *poſtponatur, tota ſcriptura, ſeptemdecim conſtans elementis, neceſſarium ſenſum profert hoc modo;*


In ſiniſtro latere, VICI FLVMINI

In dextro, NERVVM.

Quæ lectio rei naturæ prorſus conuenit. Etenim huiuſmodi piſcis victoria eſt fluminis impetum ſuperare; vt ſpiritus victoria ſermone paratur. Quod videre eſt in victoria deſignata per tibiam cifræ N, *incudem ferientem.*

Lectio alterius halecis a capite ad caudam in vtroque latere ducitur; eò quòd eius characteres ſine inuerſione, vt ſunt diſpoſiti, legantur. Sunt autem iſti.

Siniſtrum latus. Dextrum latus.



Eorum igitur lectio erit, Vvai veri poculi, poculi, poculi. Vbi, vt in prima Latinæ linguæ origine ai pro æ diphthongo ponitur. Vvai enim ſicut Aulai legitur; non ſecus acſi eſſet Vvæ veri poculi, &c. Hanc figuram poculum voco; quoniam his in regionibus huiuſmodi poculi figura vbique in diuerſoriјs conſpicitur. Nam pocula, quibus ad ceruiſiam ſibi inuicem propinandam Dani Sueuique ruſtici vtuntur, ex ligno conficiuntur, ſemipedis altitudine, & quæ maiora propinantur, in ſummitate, latitudine ſua, ſpithamas duas

mas duas æquant; ſtateræ lances figura referentia, ijs ſimillima, quibus cæterarum regionum ruſtici ex iure panem edunt, ſorbentque ius. & Danicè vocantur ſcool, & Gallicè vne taſſe ou eſcuelle. Quare Danicum poculum ab alijs longè diuerſum, ſtatim vt a me viſum eſt, mihi a Deo interpretationem Lutetiæ datam confirmauit. Quamobrem, ne quis ſuis nugis eam infirmare poßit, vt hodie multi ſunt ea vituperantes, quæ ignorant, ſuperiore lectionis demonſtratione vſus ſum.

Reliquum eſt, vt explicatio lectionem ſequatur, quod non obſeruatum eſt ab ijs, qui, etiam ſi nullam ex his cifris legere poßent, auſi tamen ſunt non ſolùm defuncto Friderico Daniæ regi interpretationem certam, conſilio multorum adbibito, confirmare; ſed etiam typis mandare. In hoc longè diuerſam ſapientiam oſtendentes ab ea, quæ fuit Danielis temporibus; quibus ſuper interpretatione characterum manu diuina in pariete delineatorum nemo, præter ipſum Danielem, quidquam proferre eſt auſus. quod ne legere quidem eos characteres poßent; ſatis innuentes eiuſdem eße interpretari, cuius eßet legere. Iſti verò incognitos characteres interpretati ſunt de Friderici regis interitu, qui quarto menſe a captis halecibus fuit naturalis, non violentus vt Balſaſaris interitus; iſtamque interpretationem, mortuo iam rege Friderico, edideruut. Et hac ratione ſuo temerario iudicio genuinam interpretationem obſcurarunt. Quæ, duabus halecibus locorum diuerſitate ſeiunctis, videtur eße bipartita. Sed, ſi quid eis commune eſt, eò quòd & ambæ ſunt haleces characteribus ſibi inuicem reſpondentibus affectæ, & in mari eodem ſunt captæ, priùs id expediam. hinc ad ſingulas explicationis partes deueniam.

Primùm igitur, mare vtriusque halecis quaſi natale ſolum & commorationis locus arguit, iudicium ſecundæ creationi denunciari. quæ ab aquis diluuij videtur in terra ſecundam vitam inchoare, & a baptiſmo Ioannis in cælo, per internam aquæ, & ſpiritus renouationem. Aqua enim & ſpiritu animalis creatio extinguitur, & noua producitur. videlicet eiuſmodi, qualis eſt auium, & piſcium, quorum natura mobilißima eſt; qualis eſt Chriſti natura locuſtæ aßimilata Pſal. 109. v 23. Et ſanè Chriſtus poſt baptiſmum, in terris degens, non ſolùm verè dominus & maris, & piſcium apparet, ventis & mari imperans; ſed etiam ſuper æquora, non ſecus ac ſuper terram, pede firmo ambulans, viſus eſt piſcis ille a longo tempore Sybillinis oraculis in Ichthyade decantatus. Qui ex idiotis & vulgi piſcatoribus piſcatores hominum eximios effecit in illo flumine è dextro latere

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

portæ orientalis illius Ezechielis templi intellectualis prodeunte. In quo omnis anima viuens, quæ reptat, quocunque fuerint ingreſsi eius riui, quamquam mare mortuum ingrediantur, viuet. Vnde ingens piſcium multitudo exiſtet; eò quòd aquis illuc ingreſsis omnes ſanabuntur &, in ſuo quiſque genere, piſces magni maris magnitudine prorſus æquabunt. Ex quo piſcatores ab Engaddi ad Engallim vſque, ſuper fluminis ripam retium expanſionem habebunt. Verùm eius cœnoſa eiusque paludes non ſanabuntur, ſed in ſalinas dabuntur. E quibus manifeſtum eſt eos, qui internè generantur, quorum natiuitas aqua, & ſpiritu fieri promittitur, illius fluuij piſcibus deſignari. Et huiuſmodi piſces homines illos eſse, qui verbo Dei tamquam hamo, retibus, ac ſagena capiuntur vt Domino offerantur, non ſolùm a Petro, ſed etiam a reliquis Apoſtolis, presbyteris, & verbi Dei miniſtris eis in eadem piſcatura legitimè ſuccedentibus. Super quam cœpit dominari ſummus Pontifex Romanus, Petri ſedem occupans, & illius dominium, a longo tempore, quaſi ſuo iure ſibi vendicans, annuloque piſcatoris ſua diplomata obſignans; ne quis, niſi ex ipſius autoritate talem poſsit in terris exercere piſcaturam: quam tamen ipſemet contemnens & pariter illius hamum in magnum cæte euaſit, maria vndique turbans, & æquè magnos ac paruos piſces deuorans. Quæ cauſa fuit præcipua vt piſciculi ſibi fuga conſulerent & per ſaxa & rupes citiſsimo curſu ſeſe proriperent, ne balenæ eſca fierent. vnde capti & ad reges delati iudicium iam iam futurum ei certiſsimum denunciant. Sed dicet aliquis, Quando in aquis degentia quædam reperiuntur vocalia, vt ranæ, qui factum eſt, vt muti piſces vocalibus præponerentur, ſcriptura addita, quæ legem refert? Quod omnino videtur rei naturæ aduerſari. Siquidem piſcium natura legis expers a mundi exordio, libera in aquis degit, non aliter ac noua creatura in cæleſtibus. Quibus reſpondeo, voce ſcripturam eſse certiorem; eò quòd in auras vox ſtatim a prolatione euaneſcat, & ad ea, quæ ſignificantur, occultanda minùs ſit accommoda, quàm ſcriptura. Quæ, quoad eius tabella integra manet, qualis a Deo immiſsa eſt, inuariata perſpicitur, & ab eo, quem Deus elegerit, legitur. Adde quòd prophetæ, vt homines ſpirituales, deuoratis, etiam intus & extra ſcriptis, voluminibus, diuinum reis iudicium prænuntiarunt. Quòd ranæ in paludibus & cœnoſis ortæ, quæ ſanata non ſunt, ſua vocalitate proferre nullo modo poſsunt. Etenim qui reus eſt iudicio, vt iudicij euaſionem ſibi promittere non poteſt, ſic neque alijs ſalutis ſpem certam facere; quemadmodum poſsunt haleces piſces mundi naturâ. Quorum commorationis lo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

cum non videtur Ezechiel intra ſui fluuij limites comprehendere. Is enim fluuius mare Tyberiadis ſeu mortuum interfluens, vltra limites terræ vndas ſuas non profert. Atqui Oceanus extra terræ limites ſitus eſt. Hoc quidem conceditur ſecundum literam, ſed non ſecundum ſpiritum: qui a Chriſto in cælis cum corpore facto Semo, id eſt, Poſito, & ab euerſa terreſtri Ieroſolyma, terram integram à Moſe populo promiſſam concedit; non vt conceſſerat Iſraëli carnali, qui terram integram numquam poſſidens, ob paucitatem populorum è ſuis tribubus ortorum, Ioſuah alterum expectabat, qui tribubus ex vniuerſo orbe multiplicatis poſſeſſionem terræ ex promiſſo integram daret. quod adhuc Iudæi carnaliter adimplendum expectant, quamquam Iſraëli ſpirituali iam præſtitum fuerit, plenitudine ſua ex omnibus tribubus Mundi vndique collecta, limites terræ intellectualiter adimplente, & fide, non autem localiter, terram poſſidente. Ex quo ſequitur, Oceanum, pariter atque mare Mediterraneum, Ezechielis limitibus contineri debere; modò fluuij illius aquæ illuc vſque peruenerint. Quomodo autem id factum ſit, declarat Eſras, dicens, Et venæ fontium ſtabunt, & non decurrent in horis tribus; ſcilicet ne ſe cum diuerſi generis aquis immiſceant, ex Ezechielis prophetia, quæ mare magnum nominat, in quod poſt horas tres aquis illis patet ingreſſus; id eſt, a prima noctis vigilia. Cuius initium in Eccleſia fuit Simon Magus, & Nicolaus. Quos Deus fert, eò quòd fœdus eſt illi cum nocte æquè ac cum die. Quam noctem Deus ſtruit è carneis duarum præcedentium hebdomadarum populis vniuerſis ad eam perficiendam confluentibus. Si quidem illi omnes ablegato circumciſionis filio a tabernaculis Semi, videntur in ea iure hæreditatis ſuccedere. Qua ratione è ſilentio antiquo emergens ſuccedit Cain, id eſt, terrena poſſeſſio, atque eius poſteritas. De qua Eſras a quinto mundi die narrationem iſtam incipiens. 4. Eſræ. 6. 50. Tunc conſeruaſti duas animas. nomen vni vocaſti Henoch, & nomen ſecundæ vocaſti Leuiathan. & ſeparaſti ea ab alterutro; non enim poterat ſeptima pars, vbi erat aqua congregata, capere ea. Et dediſti Behemoth vnam partem, quæ ſiccata eſt tertio die, vt habitet in ea; vbi ſunt montes mille, id eſt, Iuriſdictiones, vel templa. Leuiathan autem dediſti ſeptimam humidam & ſeruaſti eam; vt fiat in deuorationem quibuſuis, & quando vis. Leuiathan verò Iſaias vocat Draconem & ſerpentem. At Eſras primum animal vocat potentem illam ciuitatem Henoch à Caino extructam, id eſt, Dedicationem. Quod animal quantum ſit, perpende. Interim confer Apocalypſeωs animalia. Nam quod illa animal nominat

bouem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

bouem, tertio ſequente verſu Eſras dicit eſſe Behemoth, elephantem. Hunc ſi cum equo ruſo coniungas, videbis eſſe Conſtantinum magnum; a quo apertè cœpit in Eccleſia iſta magna beſtia Dedicatio vigere. Quæ beſtia tantas poſtea diuitias collegit ſub Tubalcaino, id eſt, mundi poßeßione, & fratribus eius. Quare ſub equi ruſi ſeßore, quaſi mons magnus igne ardẽs, proiectus eſt in mare; vt inquit Apocalypſis. Qui mons erat regnum humanum Chriſti fide ardens. Cuius equus bellator ruſus eſt. Equus enim in viſionibus propheticis eſt ſpiritus humani alacritas in pugna expedita. & ob id menti, eius ſeßori, gladius magnus datus eſt, id eſt philoſophica dialectica, qua præcipuè viguit Alexandrinus ille presbyter, qui violentiam in fide inuexit; quæ Sodomia eſt. Quod teſtantur eius inteſtina è ventre in latrinam deiecta, ob Sodomiam in humana doctrina confirmatam; quæ idololatria eſt. per quam gladio legis effuſus ſanguis ab his ſitibundè bibitur, qui Chriſtum profitentur ſecundum Moſis prophetiam, dicentis Deut. 33. 3. Etiam populos diligit (pater) omnes ſancti eius ſunt in manu tua (Chriſte) Hi cadent poſt pedes tuos, vt illi (populi) ſumant de verbis tuis. Quo ſignificatur, ex illa populorum dilectione electos eſſe ſanctos in tutela Chriſti poſitos; qui poſt pedes eius, primi morientis, teſtes morte cadent; ex qua populi attoniti ſument quod illis placuerit de verbis Chriſti, & ſe Chriſtianos dictitabunt. Quorum numerus infinitus tunc temporis in vniuerſa terra extitit. De quibus Zacharias. 8. 23. In diebus illis apprehendent decem viri ex omnibus linguis earum gentium, apprehendent, inquam, fimbriam viri Iudæi, dicendo, Ibimus vobiſcum, audiuimus enim, Deum eſſe vobiſcum. Per Iudæum intelligens Chriſtum confitentem, & per decem linguarum diuerſarum viros, Chriſtianos nomine tenus. Quibus ſecũdum prophetiam 4. Eſr. 5. 4. Sol ſubitò luxit noctu, & Luna ter in die. id eſt, iuſtitia Chriſti, quæ ſol eſt, ſtatim atque crediderunt, luxit in ſepulchris, quæ nox ſunt. & vice verſa, Luna, id eſt, iuſtitia humana & meritoria, luxit ter in die, id eſt, in templis; quorum claritas dies cordis eſt. Si quidem templorum Chriſti claritate illi ita vtuntur, vt potior habeatur hominum mortuorum interceßio, & alicuius ſancti tutela, quàm ipſius Chriſti redemptio. Hanc enim generalem contemnunt, & illam ſpecialem amplectuntur; vt illos ſanctos colant; & ſuas, quas vocant, horas variè vbique aut murmurent, aut cantent, ſuis ſatisfactionibus interim operam dantes. Hinc ſanguis è ligno (crucis) ſtillauit. Lignum enim crucis viſum eſt illis cauſam effuſionis ſanguinis Chriſti, id eſt, remißionem peccatorum in ſe habe-

re. & ob id magno cum honore coli cœpit, & vbique illius figura in vijs plantari. Vt eius adoratio omnibus obuia, peccatorum præſentiſsimum ſit remedium. Similiter lapides faciem ſancti alicuius, vel ſpeciem imaginariam referentes, eorum votis reſpondebant; & ea ratione eorum oculi, oleo lucernarum, & cereis candelis illuminati, in ipſo meridie ſalutis caligabant. Quo factum eſt, vt fraternitatis ſancti alicuius tutelaris ſymbolo commouerentur, diuerſarum ſectarum autores, pro libito, inſequentes. vt etiam Principes ipſi de mortuorum oſsibus digladiarentur. Quibus a Deo patre, quum eius filius ſperneretur, miſsus eſt dux, quem, nulla eius prophetia promiſsum, expectare non poterant; & cuius regni nulla erat ſpes: Quod Eſræ dictum experientia ipſa comprobauit in Eccleſiæ paſtoribus eleemoſinis nutritis. Ex quibus tandem vnus eorum, terrenus creatur rex, etiam triplici corona inſignitus. Cuius autoritate aquilæ, id eſt reges, exercituum alis ſtipati, & militum pennis in altum delati, quibus corpora neci deſtinata, gladio deuoranda conceduntur, proprias ſedes relinquentes, ad Iudææ loca deſerta ædificanda conuolarunt; ſecundum prophetiam Iſaiæ; qui a principio regnum Chriſti deſcribit vſque ad caput 36. dicens 29.1. Væ Ariël, Ariël, ciuitas, contra quam caſtrametatus eſt Dauid; id eſt, Chriſtus a Patre Dilectus: qui eam per Veſpaſianum, & Titum euertit. quos Seraphim, id eſt, Vrentes principes, idem propheta nominat. Ariël autem eſt Leo Dei, id eſt, regnum humanum, in nomine Dei imperans in ciuitate a Chriſto euerſa. Quod regnum Ezechiel, & Apocalypſis Gog & Magog tribuunt. Gentes enim iſtæ primo Chriſti millenario, in vniuerſam Europam ſparſæ ſunt, pariter atque Sarraceni, id eſt, Iſmaëlitæ. Qui ob abciſionem populorum, a fœdere carnis Chriſti reiecti erant, ſed nunc ſpiritualis regni Chriſti tempore primas tenent. vt ſecundo Chriſti millenario, è gente Gog & Magog in Europa accideret, Antichriſtum eſſe Gog, id eſt, tectum (templi Dei) & eius creaturas Magog, id eſt, De tecto (illius.) Quod in templo Dei ſummas & externas habere partes eſt. Qua de cauſa Apocalypſis dicit, atrium templi, & aditum in illud, datum eſſe gentibus. Id autem Cherubim in parietibus, & in hoſtijs quæ Magog, id eſt, de tecto ſunt, in Ezechielis templo a Zorobabele materialiter exſtructo, confirmant. Nam gentes, quæ externa ſunt, tenuerunt hucuſque. Templum autem ipſum, Eſau & Iacobi eſt; ſuper quod Papa eſt tectum. Quo tempore, eius nomine, auium commigrationes fiunt, ad regnum Ieroſolymitanum, a Chriſto euerſum, reſtituendum. Quas inſequutæ ſunt diuerſi generis aues,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

Peregrini vocati; vt in ſepulcris vota ſoluerent, & ſolem noctu lucentem haberent. Horum aduentu & reditu fluuius ille viuidus, in mari Sodomitico defecerat. nulla ampliùs illic exiſtente piſcium, de quibus ſuprà, interna generatione. Mare enim illud ſuos piſces eijciebat. Proprios autem piſces aqua eijciens, eos vita priuat. Etenim mare dabat horridam illam vocem multis incognitam, & ab omnibus auditam, de comburendis vbique piſcibus, & auibus internam fluuij vitam in ſe habentibus. Vnde hiatus terræ multis in locis facti ſunt, fientque; nempe propter ſanctorum cædes, quorum aperto ore terra occulit ſanguinem; vt in Abelis cæde. Et frequenter ignis reſplendeſcet, ſcilicet è lampadib. & è candelis cereis, iteratis locorum viſitationibus, & luſtrationibus. Et beſtiæ agreſtes commigrabunt è campeſtribus, in Eremum, vnde Eremitæ. Menſtruatæque mulieres parient monſtra. Menſtruata autem mulier eſt, idololatra; qui, gladio legis diuinæ effuſo ſuo, dum peccat, ſanguine conſpurcatur, in congreſſu ſpirituali cum idolo, quod adorat; ex eo concipiens monſtrum, videlicet miſantropum, & contra naturam hominem. quales ſunt presbyteri mulierum vſu conſpurcati, & tamen odio habentes matrimonium. ſimiliter atque vtriuſque ſexus monachi; qui tamquam talpæ & veſpertiliones, hominum conſpectum fugitantes, latibula, a vitæ communis ſocietate aliena, quærunt: in ſcripturis vocati Iim, & Sijm villoſi. Eò quòd ſuper naturales Eſau pilos, ex tertiæ creationis generatione, villos ſylueſtres & ferinas in ſua ſolitudine contraxerint, veluti tenebrarum & Gehennæ filij. Et aquæ ſalſæ in dulcibus aquis inueniuntur. id quod fit in aqua luſtrali Romana; quæ ſale condita reſeruatur in vſus expiationis. Quare ſapientia, amara facta, gignit inimicitias, & odia, quibus amici omnes inuicem ſe ipſos oppugnant, in religione non valentes lucem a tenebris diſtinguere; propterea quòd ſenſus abſconderit ſe, & in promptuarium ſuum ſe abdiderit. Quamobrem Iohannes ait; Et cælum receſſit, ſicut liber, qui conuoluitur. Cælum verò in nobis eſt intelligentia, & veritatis cognitio: Chriſtus videlicet, qui a multis quæritur, & non inuenitur. Per hoc denotans Eſras perquiſitionis diuerſitates, in ſectas diuiſas. per quas, ob bella continua, multiplicabitur iniuſtitia, & incontinentia. Quæ res inducet regionem vnam ab altera percontari, an iuſtitia, quæ iuſtificat, per ipſam tranſierit; & hoc negabit. Hucuſque Eſras; qui Papatum deſcripſit ad ſeptimum ſigillum vſque. in cuius apertione vbique ob inteſtina bella exquiritur, cuius religionis quisque ſit, & eos gladio, bombarda, & tormentis ad ſe rapiunt, vt ſuæ religionis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

ſectatores efficiant, iuſtitiam iuſtificantem ignorantes, & hac ratione prophetiam Zachariæ confirmantes, Zach. 12. 10. Effundam ſuper domum Dauid (Chriſti) & ſuper habitatores Ieruſalem ſpiritum gratiæ, & precum, & aſpicient ad me, quem confixerunt. plangentque ſuper eum iuxta planctum (qui fit) ſuper vnigenitum. & amaritudine afficientur, propter eum; ſicut amaritudine afficitur quis ob primogenitum. Per ſpiritum precum indicans Propheta maximam oppreſſionem, qua in ſalutem nomen Iehouæ inuocari incipiet, ob diſſenſiones & bella ciuilia, ex Ægypto populum educentia. Vbi fletus primogeniti eſt, ob Chriſtum in ſuis membris compunctum, dicentemque, Tunc apparebit ſignum filij hominis in cælo; & tunc plangent omnes tribus terræ. & videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli, cum poteſtate & gloria multa. Quæ Chriſti prophetia eius duplicem aduentum coniungit, ante iudicium vltimum. quod etiam facit Zacharias, Micheas, Amos, Eſras, & omnes prophetæ, quotquot ſunt, qui vltimam noctem exitus ex Ægypto in ſpiritu præuiderunt. Cuius initium maximum tremorem populo incuſſit, quando Pharaonem armata manu ſe inſequentem vidit. Vbi primus aduentus Chriſti cum nubibus conſtituendus eſt, ad exciſionem populi circumciſi. In concluſione autem tertiæ vigiliæ longè maiorem incutit tremorem, dum è mari videtur egredi, & populum conſequi. Vbi Chriſti aduentus ſecundus conſtituendus, itidem cum nubibus cæli, vt eum ſui fluminis eleuatione euertat; ſecundum halecum noſtrarum declarationem. Quarum capturam vno anno res miranda præceſſit, videlicet omnimodus halecum defectus per annos quatuor. Nam eo ipſo anno, quo haleces hæ duæ captæ ſunt, ſolæ apparuerunt, & tertio anno nullæ prorſus quarto verò pauciſſimæ, eæque per exiguæ ſunt viſæ. Quod in teſtimonium iudicij Diuini fuit omnibus Europæ regnis, illuc ſuos nautas ad prædam paratos mittentibus. quæ maxima eſſe ſolet. Nam partim cimbarum, partim nauium ad ſex millia halecib. onerandarũ illic viſuntur. Eſræ dicto in his confirmato, vbi Dei apparet opus, hominum opera non poſſe conſiſtere. Et quamquam eiuſmodi eſt halecum piſcatura, vt ſi ex vno loco euanuerit, in altero appareat; tamen toto hoc tempore nuſquam viſa eſt; præterquam hoc quinto anno in Slandia primùm, deinde in Nortuuegia. vbi a præſenti noſtra interpretatione denuo cœpit vigere, ſecundum prædictionem noſtram, qua præmonuimus, fore vt halecibus iſtis duabus, quæ magnitudine cæteras excedunt, loquentibus, id eſt earum characteribus lectis & explicatis, halecum piſcatura reſtitueretur. Vnde futura

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

tura ſpiritus generatio, Domino in poſterum vbique regnante, vegetior nobis expectanda eſt. Quo modo ex prophetica ambarum ſcriptura expectanda eſt prophetici ſpiritus immiſsio, a conſummato earundem iudicio, Eccleſiam Latinam Latino ſermone condemnante. Iudicium autem hoc in Apocalypſi a duobus Angelis videtur expreſsum, vno ferente falcem, quam maior halec, ſecundum Francofortinum exemplar, in ſiniſtro latere expreſsam habet, & altero magna voce clamante, vt falcem mittat ad amputandas vuas; quas minor halec itidem in ſiniſtro latere literis expreſsas habet. Ex quo eiuſdem iudicij mutua ſequitur relatio, tametſi vtraque halec propriam deſideret explicationem: Quam, Deo duce, faciemus, a maiore halece incipientes.

Pagi Solterœr halec rubeſcentibus circa caput ſquamulis, ijsque in altum erectis & coronam efficientibus, dicebatur a popularibus Hafniæ halecum rex. Quod huic voci, VICI FLVMINI NERVVM, reſpondet, teſte illo ſuper equum album ſeſsore arcum ferente. Cui data eſt corona & prodijt vincens vt vinceret; verùm diſsimili pugna: Nam equo inſidens inimicos vbique adoritur, vt eos euertat. Halec verò impetum fluminis natando ſuperat. Quale autem iſtud flumen ſit, aquarum, origo nobis digito monſtrabit. Primùm igitur πηγὴ ſeu Pege fons eſt. In prima autem coloniarum origine vici Pagi dicebantur. quòd ſuper fontes & eorum riuos ædes incolendas noui coloni ædificarent. E plurium verò fontium riuulis vnà coniunctis, primò riuus, deinde ex riuis fluuius oriebatur. Hinc è multiplici fluuiorum coniunctione mare effectum eſt, ſiue Mediterraneum, ſiue quod Oceanum vocant, qui terras vniuerſas ambit. Similiter ex pluribus pagis reſpublica oritur & ex multis rebus publicis, potentatus: ex potentatibus autem varijs, regnum: ex pluribus porrò regnis monarchia vel partis vnius, vel ferè totius orbis. Itaque regno fluuius, minori monarchiæ mare Mediterraneum, maiori verò reſpondet Oceanus, a quo præſens eleuatio facienda eſt, ſecundum doctrinam Amos 9.6. dicentis, Qui ædificat in cœlo ſuas Maaloth id eſt aſcenſiones, & ſuper terram fundauit coagmentationem ſuam, Iehouah nomen eius. Quo ſignificatur, Iehouam populum in aſcenſiones eleuaturum; quas in cælo nubes colligit, vt eas rurſus in terra coagmentationes fundet; quando Deus Medos, & Perſas, vt aquas maris, vocabit, vt earum ſuper populos effuſione, per aſcenſiones ſuas, rurſus populum in Ieruſalem, quam cælum vocat, ædificet, & tamquam coagmentationes ſuas in eadem terra fundet. Vnde illi Pſalmi Maaloth, id

aloth, id eſt, aſcenſionum populi in militijs ipſius Dauid, vel è Babylone in Ieruſalem. Sicut igitur aquarum maris aſcenſus ad cælos in nubes a Deo firmantur, Iob. 22. 8. ita populorum in cateruas eleuatio, a principe aliquo ducendas, cogitur in nubem bellantium, nubib. aquarum altiorem. Sed diuerſa ratione, quum a Meridie aquarum nubes proueniant; & populorum, à Septentrione. Nam populorum aſcenſiones terreſtris Ieroſolymæ tempore, ducentib. animalibus, qui a Daniele Reges ſunt nominati, & ab Ezechiele Cherubim, ab Aquilone in exercituum nubes coactæ ſunt; ſuper quas delatus Iehouah vocatur Deus Sabaoth, exercituum Deus. Vnde Ethan Eſraita Pſal. 89. Quis in nubibus æquabitur Iehouæ, aut ſimilis eſt Iehouæ in filijs Deorum? id eſt regum, nubibus illis imperantium. Quarum in populos deſcenſus flumen dicitur.

Harum quidem nubium duces diuerſi ſint oportet. Sed noſtrarum duces halec oppidi Marſtrant exprimit, per tria pocula; vt forma eorum indicat, omnium maxima. Quæ eo ordine, quo ſunt diſpoſita, tres propinantes belli duces, ſeu imperatores deinceps futuros deſignant, ea maximo cum impetu populos exhaurire cogentes. Quorum primus Nauarrenus ille eſt, Galliarum rex, primum poculum vuarum ſanguine implendum propinans. Secundus eſt Turca; qui, quòd eius populi vini loco aqua compoſita vtuntur, ſecundum poculum potione eiuſmodi plenum (quod ex ſpuma ſupernatante dignoſcitur) propinabit. Tertius eſt Francus eligendus, calicem cornutum habens; quò calicem proximum cornu petat, & præſentem exitum ex Ægypto, hac vltimæ noctis Mundi quarta incipiente vigilia, finiat; ſecundum dies fletus Ægyptiorum ſeptuaginta, ſuper Iacobo ſepeliendo. Qui dies totidem Iubilæos ijs pares, qui in terra Chanaan obſeruandi erant, ab ingreſſu Abrami in Ægyptum, deſignant; ob id, quòd carnis ille Iacob ſit, & Iubilæos quinquagenarios, terreſtres videlicet, producat. vnde 70. Iubilæi ſummam conficiunt annorum 3500. Itaque vltimum magnum poculum propinabitur vſq; ad annum Chriſti 1628. Poculorum autem horum trium propinatio incipit a claſſe contra reginam Angliæ ex Hiſpania ſoluente Ex qua propinatione tam Europa quàm Africa & Aſia 40. annis humano ſanguine madebit; & carnalis exitus ex Ægypto, Babylone, & Aſſyria finietur. A quibus regionibus iam a multis annis continua luce liberantur illarum habitatores; qui defectione ſiue apoſtaſia illa notantur, de qua Iſaias 8. 12. Dominus apprehenſa manu dixit mihi, & erudiuit me, ne irem in viam populi huius; dicendo, Ne dicas Apoſtaſiam ſeu defectionem omnia,

nem omnia, quæ populus iſte apoſtaſiam ſeu defectionem dicit. Et paulò poſt: Quum autem dixerint vobis: Quærite a Pythonibus, vel a diuinis, qui garriunt, & concludunt: Num populus de Deo ſuo perquiret a viuis ad mortuos vſque (reſpondete) a lege & teſtimonio (prophetarum perquiret.) Apoſtaſiam igitur, Chriſti tempore, in perquiſitione de Deo ſuo, ex conſenſu omnium temporum a primo viuente ad vltimum ſuperſtitem, Iudaici ſacerdotes probant; vt continuationem carnalis ſacrificaturæ, quam Chriſti diſcipuli ſuis concionibus funditus euertebant, confirmarent. Quos ſacerdotes, Pythones & diuinos vocat propheta, noſtri temporis presbyteris, & Eccleſiæ miniſtris nequaquam diſsimiles. Quare in Apocalypſi Iohannes, eos dicit eſſe tres impuros ſpiritus, ranis ſimiles, ex ore draconis, & ex ore beſtiæ, & ex ore pſeudoprophetæ illius proficiſcentes; Eo a Pythonibus, & diuinis differentes, quòd illi Ieroſolymæ terreſtris tempore, vt animalia terreſtria conſiderantur in carnalis ſacrificaturæ confirmatione; Et hi in regno Chriſti (cui nulla ſedes propria promittitur) conſiderantur tanquam erroris ſpiritus, qui ranarum ſenſu impulſi, intellectualis illius fluuij cœnoſa, & paludes ſua vocalitate confirmant, quò illis æterna ſit in ipſis habitatio. Quorum omnium rationes ſpiritus ſanctus teſtatur, a Satana eſſe profectas. Nam quæ a mundi exordio petitur ratio ad Aaronis ſacrificaturam æternam in terris concludendam, vt ab ea defectio, a fide apoſtaſia dicatur, erronea a lege ipſa & prophetarum teſtimonio oſtenditur. Quoniam in Chriſtum fides, legis & prophetarum ſcopus & vltimus finis eſt. Quare Chriſtum ſequi eſt legis tenebras relinquẽdo, lucem amplecti. Pariter etiam ranarum coaxatio ſimile argumentum falſitatis & erroris plenum in ſe continet, vt reges & ſeipſas perdant, ipſos congregando in locum, qui dicitur Hebraicè Armagedon, id eſt, Aſtutia excidij. Quæ tanta eſt, vt a rerum primordio nulla pernicioſior, nec ad ſeductionem validior excogitata ſit a Satana. quippe quæ regni cælorum libertatem contra proprios principes armis defendat; quam libertatem conſcientiæ vocant. Quia nihil eſt, quod magis ex animo amplectantur homines, quàm vitam æternam, viribus & vita carnis integris, acquirendam & conſeruandam. Propterea quòd in ea vita pauperes, aut inermes reijciuntur, & diuites, vel armati ſoli retinentur; inſuperque in omnibus præferuntur. Quod ſi Iudæis ille temporum vniuerſalis conſenſus, Chriſto præſente, & ſecundum ſpiritum in diſcipulis exiſtente lucemque miraculis maximam efficiente, impoſuit; ne miremur, ſi nobis, in profundiſsimis tenebris hue-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

uſque demerſis, ratio illa, Pro aris & focis, (vt præcipui miniſtri loquuntur) dimicare, & vt Iudæi loquebantur in excidio Ieroſolymitano, Pro libertate nationis & cæremoniarum viriliter mori, vniuerſis populis, & Europæ regibus erroris patrocinium ſuſcipiendi anſam præbuerit. Præſertim quum in Eccleſia primogenitura carnis ad Eſaum pertineat. Cuius eſt Iſaacum, id eſt, templum, paternam domum, armis defendere. Quod Chriſti tempore Herodes executus eſt, vnà cum Iudæis in Idumæos conuerſis; & noſtro tempore Beneſau, id eſt, filius Eſau in ſe numerum hominis & beſtiæ 666. complectens. Quare ſicuti Chriſti, & Apoſtolorum partes fuerunt patientiâ patrem ipſum Eſau debellare, noſtræ partes erunt ſolâ conſtantiâ, ſine vlla defenſione, eiuſdem filium ſuperare. Is enim eſt, qui non ſolùm imaginis beſtiæ characterem ſumere iubet; ſed etiam, ad ſe protegendum, ipſius beſtiæ, tum in fronte tum in dextera, ferre characterem ſuos cogit. Beſtiæ autem character in fronte, eſt eius publica autoritate niti, vel eius autoritatis teſtimonium publicum habere; quò liber ſit vbique tranſitus. & dextræ character, eſt enſis vel arma. Quæ omnia noſtris temporibus euenerunt: Ita vt vbique tranſitus occluſus ſit in Chriſtum ſperantibus. Quorum frontis character mulieris iuſtitia eſt, & perſuaſio, & dextræ character, patientia. idque ſecundum Salomonem: Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te. Perſuade mihi, poſt te curremus; ſcilicet ego cum adoleſcentulis. Has Dauid Pſalmo 110. ſpontaneas, a perſuaſione, vocat. Quæ ſpontanea voluntas efficitur a Pharaone in Miſraim, id eſt, in anguſtijs & torcularibus. Quorum preßura adoleſcentularum cordis amaritudo effecta eſt. Vnde illa fœminina & inermis voluntas nata eſt in populo. per quam Moſis ducis, virga paſtorali armati, aduerſum potentiſsimum regem inſequutio libera nata eſt, vſque ad Phiahiroth, id eſt libertatis os. Quæ oris confeßio eſt, & ros ille maſculus ex ſtella matutina ab vtero ſpontanearum virginum proficiſcens, velut mulieris germen in cœleſti Ieruſalem conſeruatum. Quod in fundamenta per lapides pretioſos expreßa tranſit, in hoc ſpirituali Phiaphiroth ſuper carnali contemplando. In quo quoniam, mari aperto & eius fundo a vento exſiccato, ob aquarum ingentem ſuſpenſionem, oculis carnis mors imminebat, numquam tantus populus ſimul cum paruulis pecudibus & armentis pertranſiißet, niſi armata manu exercitum oppoſitum vidißet. Quocirca in eo tranſitu fidei alacritas ineſt, quando Iudah primus vitæ periculum facit, vt populi dux. Quem omnes inſequuti ſunt, baculo ex Paſchæ inſtitutione ſumpto ſuper

mollem arenam innitentes, quouſque populus vniuerſus maris periculum euaſißet. Quod ex Pſalmo 114. 2. colligere eſt. Hinc Pharao, populum euaſiße videns, & ſpecie quadam reſurrectionis mortem cum vita commutaße, ob liuorem non planè diiudicans, adhuc pertinax, in mari eius veſtigia inſequitur; quouſque Iehouah Deus inſufflat, & virga Moſis mare claudit. Vnde rationem colligere poßumus, quare Chriſtus iniunxerit nobis orare pro perſequentibus nos; Nempe quia quid faciant neſciunt. Quod videre eſt in Pharaone. Nam quum ille cæcus ſeminis mulieris calcaneum conterit, a Moſe conteritur in caput; qui ne capillum quidem vnum eorum hominum quos Iehouah Deus educendos ex Ægypto illi dederat, amiſit. Quid igitur fiet, filio ipſo ductore, & ſaluatore? Ad quem virgam illam, quam ſe mißurum ex Sione promiſit, iam mittit Pater. Qua in medio inimicorum ſuorum is dominetur, in hac vltima populi collectione ex Ægypto, ſecundum Micheam; Iuxta dies egreßionis è terra Miſraim oſtendam eis mirabilia. Nam maria vndique iam aperientur, pro ducibus tribus: quorum quiſque, mare ſuum ingreßus, peribit; & ad ſuos non reuertetur, Domino qui cum populo ſuo præibit, mare claudente. Cuius figura in tranſitu aquarum, qui mors eſt, fuit Iudah, id eſt, Confeßio. Quo ſignificabatur, Chriſtum in confeßione mortem euaſurum eße, noſque iam eius veſtigia inſequentes, pari ratione euaſuros, & cum vita mortem commutaturos, in hac imaginis Dei expreßione. Cuius Pater genitor eſt, & filius vitæ arbor, & generationis illius ſurculus quam nulli reges, nec eorum imagines, nulla diuorum ſimulacra, nec eorum interceßiones facere poſſunt. quod ignorantes filij tenebrarum, illorum præſentiam adorant & venerantur. Quam etiam Sodomica Synodalis autoritas non poteſt efficere; quæ ſermone illo bicipiti, omni gladio penetrantiore caret, & ea ratione vuas ſanguine plenas vegetat in vite Sodomæ, & in vitibus Gomorrhæ. Quare vuæ eorum ſunt vuæ veneni; amaritudinum botri ſunt eis. Venenum draconum vinum eorum; & venenum aſpidum crudele. Nonne eſt reconditum apud me, ſigillatum in theſauris meis? Mea eſt vltio & retributio tempore, quo nutabit pes eorum. quia propinquus eſt dies afflictionis eorum, & feſtinant quæ futura ſunt eis. Deut. 32. 32. Videtis hic vites Synodis, & earum virgis attribui, quibus atterunt pauperes. Quarum vitium vuæ, ſunt tumor peccati, proprio ſanguine rubens & nitens, vt vuæ ipſæ; in quibus nulla peccati inciſura eſt. Nam peccati vera inciſura ex vera pœnitentia exiſtit. Hæc autem nulla eſt è Synodali conſtitutione, præ-

terquam externa, vt fugiant excommunicationum fulmina, & ijs ſatisfa-
ctionibus, quæ ventrem concernunt, ſe ſe accommodent. Nam, vt inquit
Apocalypſis, per eos dies quærent homines mortem; & non inuenient eam.
& deſiderabunt mori; & fugiet mors ab eis. Quæ mors, eſt interna ſan-
guinis effuſio. quæ primò in baptiſmo per fidem recepto fit; ſecundò in vera
corporis maceratione, contritione, & ieiunio; quam mortificationem vo-
cat Paulus. Cuius gladius eſt ſpiritus Dei; non ſpiritus draconum, neque
aſpidum, qui in illa imaginis beſtiæ Synodo præſunt, & veneno ſuo botros
ſanguine plenos gignunt. quos ad maturitatem perducunt in mœrorem &
triſtitiam pauperum gregis. Quorum ſanguinem & ſuffocatum edendo,
ſplendorem carnis pariunt, & curata cute nitent. quæ gloria Mundi eſt, &
vmbra Dei, in oculis hominum clara & formidabilis, ſed coram Deo te-
nebroſa & deſpecta. Hanc iam Deus euerſurus eſt per eos, qui dormiunt
inter tripodes, ollis ſimiles, vmbram iſtam, & ſplendorem huius Mundi
fugientes. Quam vmbram ſpernite, quicunque, tamquam Sol, per hanc
generationem, fulgere cupitis. Nam is, qui Soli lucem dat, ipſemet eſt, qui
in ignominia, mendicitate, & morte, quam ipſe primus in carne pertulit,
eandem lucem in nobis efficit. Quoniam ſecundum Iobum 28. 3. finem ponit
tenebris; & omni perfectioni, quam ipſe inquirit, ponit lapidem caliginis
& vmbræ mortis. Quæ mortis vmbra mendicitas eſt; de qua Iſaias 29. 19.
Et addent mites in Iehouah lætitiam, & mendici hominum in ſancto Iſra-
ëlis exultabunt. Quæ mendicitas graphicè deſcripta eſt in exitu ex Ægy-
pto. Vbi populus multus in deſerto horrido, per quod nemo tranſierat, in
ſumma rerum penuria redactus, fit vniuerſus mendicus, & in mendicita-
te illa ex fide proficiſcente, cæli panem manducat. Quem quum priùs nun-
quam vidiſſet, vocat Man, id eſt, Redditum. Eò quòd, ſicut reges & prin-
cipes redditibus ſuis nutriuntur, ita hoc redditu, cælorum reges facti Iſra-
ëlitæ, a Deo paſcuntur; quòd eius nomen ſanctificauerint, & in eius ſermo-
ne acquieuerint. Nam ſicut eius veritas in noctibus ſabbathi apparet, ita
eius gratia & miſericordia relucet in die, quoties rei alicuius penuriâ po-
pulus Deum inuocans laborat. quia eius murmura etiam carnis deſiderijs
coinquinata, Deus audit; ſicuti tandem, quod Iobi pacificis amicis murmur
videbatur, exaudiuit; & murmurantis in agonia illius mortis potiùs in-
ciſa verba, & interciſos ſermones Iobi probauit, quàm orationem conti-
nuam amicorum illius, in ſuo ſplendore loquentium. Quia cordis amaritu-
do Chriſtus eſt, & ſpiritus vinum internum, quo inebriati balbutiunt, fle-
tus, gemitus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

tus, gemitus, & ſuſpiria edunt, bacchantium vel delirantium more. quique ex corde verba plena & maſcula proferunt, Deum tantùm alloquentes: quorum exemplar a Chriſto proponitur Lazarus, id eſt, Quem Deus iuuat, ante diuitis ædes fame & doloribus moriens. Vnde lilium, quod interna generatio eſt, a Græcis κρίνον dicitur. Quo nomine etiam, aut parum omnino diuerſo, mortuum & mendicum deſignant. Hæbræis autem lilium Soſanna eſt, vanitatis proſperitas, nomen ex duabus dictionibus factum. Eò quòd in conuallibus, id eſt, in tenebris & vmbra mortis, quæ vanitas eſt, interna generatio fidei florem proferat. Quam vanitatem, quicumque Chriſti nomen profitemini, vos ſubire neceſſe eſt, ad præſentem victoriam agni ſanguine parandam. Ad quam in poſterum vt ſufficere poſſitis, hortor vos, fratres, æquè diuites ac pauperes, ſacerdotes & populares, vnà cum literis artem aliquam mechanicam liberos veſtros diſcere iubeatis: ſicut Iudæi olim faciebant. & Paulum imitamini, qui vnà cum literis artem mechanicam didicerat. Quod quum ego non fecerim, maximam paupertatem expertus ſum; etiam ſi ſcribendo ſatis eleganter pingo. vnde mihi contigit aliquam pecuniolam comparare in peregrinationibus meis. Quales iam omnibus ſubeundæ ſunt in poſterum, ſicut Apoſtolorum tempore; qui, ob paupertatis profeßionem, nudis tibijs, veſte talari induti, ſuis continuis peregrinationibus doctrinam Euangelij in vniuerſum mundum diſſeminarunt, manibus ſuis operantes, ne Eccleſiis eſſent oneri. Quod prædicit futurum in ſuo onere prophetico Habacuc, id eſt, Luctator, luctam Iſraëlis ſpiritualis duplicem proponens. Priorem ab Oriente, in qua Chaldæos gentem ferocem nominat; dicens, Aſpectus faciei eorum ventus Orientalis; Alteram a Meridie; de qua dicit, ſuper cuſtodiam meam ſtabo, & conſiſtam ſuper munitionem, vt videam, quid loquatur in me, & quid reſpondeam arguenti contra me. Vbi propheta exprimit ſtatum, qui fuit & eſt in bellis ciuilibus Europæ. Quiſque enim in munitionibus ſuis hucuſque ſtat, vt inimici proximi iniurias euitet. At Iehouah, ſicut a ſtatione quadam firma homines deturbauit, in vrbis & turris Babylonicæ ædificatione per linguarum multiplicationem; ita eos a ſtatione hac deturbabit. Ait enim, Scribe viſionem, & explana in tabulis; vt percurrat qui legerit eam. Significans prope futurum potentem inimicum, qui ſtationes vniuerſas deturbabit, ſtatim ab intelligentia prophetiæ, quæ nunc incipit. Ob quam, ſtantes illi ſunt curſores futuri; id eſt, Hæbræi de ciuitate in ciuitatem inimicum ipſorum calcaneis iam iam inſiſtentem ſunt euaſuri, & in fine ſexti

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

ſigilli ſapientiam diſſeminaturi. Inde cauſam declarat. Ecce, inquit, extollit ſeſe is, cuius anima non eſt recta in eo & iuſtus ex fide ſua viuet. Fides autem rebus externis & præſentibus carens, ad ſummam rerum penuriam redacta, ſolâ in Deum ſpe nititur, & quod attinet ad animam ſuam, quieſcit in ſermone Creatoris ſui; qui eius depoſitum ſeruat in vitam æternam. Qua, extollens ſe vino deditus, id eſt regnandi cupidus, enſe actionibus ſuis viam aperiens, priuabitur. Cuius mores, & imperandi cupiditatem deſcribens propheta, quæcumque in his regionibus a Chriſtianis ipſis fient pro religione, ſummatim refert, & Romæ deſtructionem. Quæ vrbs ſupereſt, donec Iehouah ſit in templo ſuo. Tuncenim ſileat a facie eius vniuerſa terra. Propter quem aduentum oratio Habacuc ſequitur. O Iehouah, audiens quod mihi audire feciſti, timui. En Iehouah opus tuum, in medio annorum viuifica illud. In medio annorum notitiam dabis, vt in ira, miſericordiæ recorderis. Hinc Dei præſentiam declarat propheta, & faciem deſcribit, inquiens, Deus è Theman venit, & ſanctus de monte Paran, Selah. Similis deſcriptio in introductione populi in requietem Domini a Moſe exprimitur; ſed cuius facies è loco ipſo proficiſcebatur, ob legem ipſam in terra Chanaan localiter ſituandam. Hæc verò Dei facies eſt de terra intellectuali Theman, quæ Idumæa eſt, ſecundum Abdiam, de Gallia intelligenda. Vbi Henricus ſecundus hominem villoſum (qui idem eſt, quod Seir) quem regis Syluestrum vocabamus, fecit alumnum eccleſiaſticum. Quo tempore Core tertius ſpiritualis, Eſau filius ſuam ſacrificaturam ſanguineam, id eſt, humanam, ſtruebat. Quod oſtentum ſignificabat, Galliam in oculis Domini eſſe montem Seir, & regnum Idumæorum. In quo, quia Chriſtus eſt Iſaac cum ſuis filijs, Ieruſalem ineſt; & Eſau, & Iacob in ea habitant. Nam aliter bellum non eſſet a Iudah, vt fuit antea, & nunc eſt, contra Ieruſalem, ſecundum Zachariam, id eſt, Marem Deum. Mas autem, ſeu maſculus, Deus eſt, quum eius viſio, maieſtatis & potentiæ frontem præ ſe fert. quales ſunt equorum diuerſicolorum viſiones in eodem propheta, & præſens facies è Theman, id eſt, Perfectione. Vnde colligitur, perfectam eſſe Miſraim, id eſt, Anguſtiarum preſſuram. quod Sepharad, id eſt, Finis imperij, confirmat. Sanctum verò dicit Propheta venire de monte Paran, id eſt, de Pulchritudine & legis puritate. In qua locauit ſe, quandiu prima decertatio facta eſt inter Chriſtianos. ibique erit adhuc cum iiſdem ſplendoribus, in quibus eius conſiſtit victoria. De qua ipſemet Chriſtus prophetat, inquiens. Tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

minis venientem in nubibus cæli cum poteſtate, & gloria multa. Et paulò poſt, De die autem illo & hora nemo ſcit, ne angeli quidem cælorum, niſi pater meus ſolus. Quod dubium Paulus explicat 1. Theß.5.4. At vos fratres non eſtis in tenebris, vt dies illa ~~ille~~ vos, tamquam fur, deprehendat. Omnes vos filij lucis eſtis, ac filij diei, non autem noctis, neque tenebrarum. Opponens veli et carnis tempus, ſpiritus tempori; quo velum illud abſciſſum eſt, & obſcuritas ab Apoſtolorum oculis et eorũ, qui illorum prædicationi fidem habent, per donum ſpiritus ſancti ablata. Vnde in clara luce hi ſunt; & reliqui homines in tenebris. De quibus idem Apoſtolus, ver. præced. Quum dixerint pax, pax, & tuta omnia, tunc repentinum eis imminet exitium, ſicut dolor partus mulieri vterum ferenti. nec effugient. Idque confirmat Chriſtus Matth. 24.38. inquiens, Sicut erant in diebus ante diluuium edentes & bibentes, & vxores ducentes & nuptum dantes, vſq; ad diem, quo ingreſſus eſt Noa in arcam, & non cognouerunt vſq; dum veniſſet diluuium, et ſuſtuliſſet omnes; ita erit etiam aduentus filij hominis. De hoc autem nunc loquimur. Quem falsò ad diem iudicij vulgò referunt, vt ſe ipſos excæcent. Quod ſi eſſet, hæc non adderentur: Tunc duo erunt in agro; vnus accipitur, alter relinquitur: duæ molentes in piſtrino; vna accipitur, altera relinquitur. Vigilate; ergo. Et alibi Quod vobis dico, omnibus dico. Vigilate. Quæ generalis præcautio ad diem iudicij referri non poteſt. in quo nec primi nec intermedij ſuperſtites erunt, ad inuigilandum; neque particularis electio perſonarum erit, quando eodem temporis momento omnia ſimul & ſemel commutabuntur. Cognoſcite igitur Dominum de hac clade, quam vocat aduentum ſuum, loquutum eſſe. in qua iſta fiet electio in agro, & in piſtrino, & vigilia neceſſaria eſt, ne incauti & imparati deprehendantur a die malo. Cuius ignoratio non opponitur cognitioni ſimpliciter, ſed perſuaſioni de eius aduentu. De quo Habacuc, Videte in gentibus, & obſtupeſcite. Operaturus eſt enim Deus opus, quod non credetis, quum narrabitur vobis. Quod opus dicit propheta prædici quidem debere; ſed non creditum iri. Sicut etiam Noa diluuium ſuis temporib. prædicebat. ſed nemo ei fidem adhibebat. Et Chriſtus ipſe cum ad mortem duceretur, Iudæis excidium Ieroſolymitanum prædixit. Sed ei fides nõ eſt adhibita; neq; etiam Loto, cum a ſuberſione Sodomæ generos ſub ducere volebat. Cui tamen filiæ fidem adhibuerunt. & diſcipuli Domini admoniti pariter præſens excidium Ieroſolymitanum euaſerunt: quòd vnanimiter paupertatem profiterentur; vt ſe de ciuitate in ciuitatem expeditiùs transferre poſſent, & ſine timore, amit-

tendi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

tendi poſseſsiones; quò deuenire huius ſeculi filij pertimeſcunt, teſte Iſaia 33. 14. Formidauerunt, inquit, in Sion peccatores. Apprehendit timor impios, dicentes, Quis habitabit ex nobis cum igne deuorante? Quis habitabit ex nobis cum ardoribus perpetuis anno 1588. inceptis? Qui ambulat in iuſtitijs, & loquitur æquitates; qui ſpernit auaritiam oppreſsionum; qui excutit manus ſuas, ne ſuſcipiat munera; qui obturat aurem ſuam, ne audiat ſanguines; & claudit oculos ſuos, ne videat malum, Is in excelſis habitabit; munitiones rupium erunt illius ſublimitas; panis eius dabitur illi; aquæ eius ſtabiles. Regem in decore videbunt oculi tui. videbunt terram longinquam, ſcilicet Ieruſalem cæleſtem, quamuis longè abſis ab ea, & Chriſtum ipſum longè latèque vincentem. De qua victoria Habacuc: Nudatione nudaſti arcum tuum; Iuramenta tribuum ſermone (Iacobo) confirmata. vt in Apocalypſi. Vbi in circuitu throni Dei eſt Iris, (id eſt, arcus cæleſtis, quē arcum ſuum Deus vocat, Gen. 9. 13.) aſpectu ſimilis ſmaragdo, & pariter eſt ſuper thronum ab animalibus Ezechielis delatum. Quem duplicem thronum in ſpiritu videns Propheta, nubes, quæ in arco conſpiciuntur, Iuramenta nominat. De quibus videtur etiam loqui Iſaias 54. 9. dicendo: Nam, vt aquæ Noæ, hoc mihi. Cui Iuraui, quòd non tranſirent aquæ Noæ vltrà ſuper terram. Et tamen, a perfecta arcus nudatione, iuramenta illa videntur eſse irrita. Quoniam arcus perfectè ſuis nubibus ſpoliari non poteſt, quin aquæ Noæ eueniant. quibus cadentibus, nulla nubes ſuperfuit in arcu. Qua de re Pſalmus 76. Profecto ira hominis confitebitur tibi; & reſiduum irarum cinges. Vbi alluſio fit ad Solem. qui poſtquam pluuiæ ceciderint, videtur a reliquijs nubium, quæ in cælo ſuperſunt, cingi in Iride. Quam propheta affirmat perfectè eſse denudatam in hoc exitu, & omnimodam collectionem, quæ in eo futura eſt, omnino interituram & in nihilum redituram, contra promiſsum, quod in Eccleſia videtur æternum. Atqui illud ceſsat, ob proximitatem diei Iudicij vltimi, propter quem dimidiantur tempora a Domino; qui ſuo Iure ſibi vendicat ſeptimam partem, id eſt, Sabbathi diem. quem reciſurus eſt a diebus ſex hucuſque Carni conceſsis: Vniuerſam autem carnem ob tenebrarum ſuarum denſitatem, a luce quietis ſuæ auferre vult; vt in poſterum ipſe ſolus ſuperſit Rex regum, & Dominus dominantium in Eccleſia; quam erigere vult, & liberare a regni animalium onere ſub quo ſepulta, & tenebris obruta ſex diebus fuit.

Id verò duplici eleuatione fiet, Iordanis è Paran, & Oceani è Theman, qui è Dan procedit. Vnde aſcenſiones duplices in nubes coguntur. Quarum

duces

duces ſtipatos, & iura eorum proponere volo; vt victoriæ exitus ex vtraque parte, dignoſcatur qualis futurus ſit. Primùm igitur obſcurarum nubium duces, filij Deorum Noæ filiorum ſunt. & hi potentes, reges, animalia, Cherubim, Iudices, Principes, & Imperatores dicuntur. Quorum eſt omnia præſentia habere, & aperto Marte, cute bene curata, vt laboribus ſufficiant, tubarum clangore, & tympanorum ſtrepitu, cum pompa & gloria, maximo omnium applauſu, in bellum proficiſci, vi & violentia, concuſsionibus & cædibus, ius ſibi in rebelles ſumere: & eos debellare; obſequentes verò tueri, ac defendere, vt ſibi nomina in terris faciant. Eorum autem finis eſt montes prædæ conſtituere, & genus vitæ ſerpentis ſeductoris ſibi proprium facere; id eſt, terræ puluerem edere, & ex eo ſibi vitam, & felicitatem præſentem parare: Quod in ſumma edere ſanguinem eſt. Sunt enim iſti dextera Omnipotentis & brachium Altiſsimi: Cuius vmbram illi ferunt, vt germen in terris maſculum; cui animalis primogenitura naturalis eſt. Et ea de cauſa ei ſemper germen mulieris eſt ſubditum. Quod ei fit tandem inimicum; eò quòd vitam ipſi contrariam ducat. Vnde in illud inſurgit, quando Iubilatio bellorum Chriſti Dei clangere incipit, in ſacrificatura animarum noſtrarum. Tunc enim albarum nubium Agnus fit dux, qui, vt Iuſtitiæ Sol, ſupra nubes obſcuras elatum ſuum ducit exercitum pacificum, in ſplendoribus ſanctitatis ſuæ lucentem; Verùm in terris obſcuriſſimum, inermem & languidum. ſuper quem impetus fit, quando vomitus ſordes inter filios hominum exaltantur, Pſal. 12. 9. id eſt, quando opprobria, & ignominioſa hominum mendacia de illo ſparguntur in auras. Tunc enim impij in circuitu eius ambulant, vt eum perdant: Quem paupertate & mœrore angunt, cathenis conſtringunt, & ignominia afficiunt: Cuius anima vſque ad puluerem incuruatur, & venter terræ adhæret, Pſal. 44. 26. Quæ afflictio, character primus Agni Dei eſt: Cuius ius eſt vincere, quum iudicatur ab illo germine maſculo, charactere Beſtiæ in fronte, & in dextera ſignato; id eſt, autoritate regia, quæ eius frontem erigit, & cor firmat, & enſe, quo eius dextera fortificatur, armato contra eos, qui Agni characterem habent in fronte. qui Thau eſt, id eſt, lex ſpiritus Chriſti. quæ caput internum amputat, & manſuetudinem iuſtitiamque in fronte externa exprimit; & baculum Phaſe, id eſt, Tranſitus, in manu ponit; quò agnoſcatur quis, eſſe Heber, id eſt, in hac vita pertranſiens, & patientia vincens, in brachio Domini quieſcendo, & eius quietem ſanctificando. Qui dexteram germinis mulieris apprehendit; idque ſola ſermonis ſapientia &

 firmitudine,

firmitudine, vincere facit. quamuis contrarium videatur in oculis hominum. Nam Iubilationis tempore mors vbique præſens eſt. Mites cæduntur, præcipites dantur, incendio abſumuntur, cathenis conſtringuntur, & nuditate vexantur. At illi, quò magis premuntur, eò certiùs vincunt, in caput ſuum intuentes. In quo confeſtim atque ſpiritus Patris, ſpiritualiter recepti, generatio perfecta, & in transfiguratione teſtificata eſt, a Patre ipſo eius ſanguis ſua obſcuritate tantam lucem impediens, in terram ſpargitur; & eius caro, per reſurrectionem nouo ſpiritus ſanguine viuificata, in cælos recipitur. Ex quo colligunt illi, generationem ſpiritus, quem finxit Iehouah in medio eorum, tunc perfectam eſſe, quando, per os libertatis, eis datur rorem ſermonis ex vtero proferre, & vterum, vt puluerem, ſerpenti deuorandum relinquere. vt in generali carnis reſurrectione corpus renouatum in vitam æternam reſumant. Quamobrem ignominiosè damnentur licèt, propter ignorantiam illorum, qui eos perſequuntur, morientes, Patrem, vt illis ignoſcat, rogant: Hinc colligentes, ad Agni nuptias ſe vocatos eſſe. Cuius ſanctificatio eſt ligari ad cornu altaris Dei, vt holocauſtum fiat Patri gratum. Itaque eiuſdem ſanctificationis teſtes fieri conuenit, qui virgines Agno nubere cupiunt, & eius byſſo lucidiſſimo indui, in quo ſunt iuſtificationes ſanctorum. Quorum dux iuſtus & fidelis equum album in cælo equitat; in quo ſedens, iuſtè iudicat, & pugnat. & eum eius exercitus inſequuntur ſuper equos albos, byſſo albo puro veſtiti: pugnaturi contra Angelos illos quatuor ad magnum flumen Euphratis vinctos, è Dan proficiſcentes. qui iam ſoluuntur ob maſculi Dei manifeſtationem. Ea autem a claſſi Hiſpanica contra Angliam miſſa, & ab Henrico Francorum rege, monachi manu extincto, tam in mari, quàm in terra, caput erigere videtur. Quod teſtatur monſtrum hyeme, quæ conſecuta eſt, a muliere Occitana partum biceps; qualem Noam, quem Ianum vocant, figurant poëtæ: altero capite maſculo, & altero fœmineo. In eo a Noa differens, quòd eius facies geminæ eodem tempore oriantur, & Noæ facies diuerſo ortus tempore diſtinguantur. Quarum altera, quæ diluuium præceſſit, muliebris indefenſionis & patientiæ facies fuit, annis ſexcentis dies ſex deſignantibus. Altera verò, quæ per diluuium incepit, viri & actionis facies eſt, ſeptimum diem benedicens & ſanctificans. Quæ imago Dei vocatur, Pſal. 17.ʼ 15. Ego in iuſtitia videbo faciem tuam: Satiabor, quum expergefacta fuerit imago tua. Imaginem Dei dormientem dicens, quandiu vmbra maſculina, quæ eſt Omnipotentis dextera, ſuper germen mulieris dominatur, & vigilat;

gilat; in Ægypto, Babylone, & Aſsyria populum detinendo, ſecundum numerum 666. Quem numerum in prima hebdomada Noa ſexcentenario numero vitæ ſuæ refert. & Deus ipſe rerum naturam exprimens, tenebrarum & vmbrarum vanitatem diebus ſex operatus eſt. Septimo autem die ab opere ſuo quieuit, & quietis diei benedixit, & eum ſanctificauit, vt per benedictionem, & ſanctificationem imaginem ſuam in Mundo exprimeret. Quare regnum animalium non poteſt fieri Dei dextera vltra ſextum diem cuiuſque hebdomadæ, ſecundum dictum Aſaph. Pſal. 73. 20. Domine, quando ſuſcitabis te, vmbram eorum ſpernes. Quæ iam ſpernenda eſt, ſecundum eius triplicem ſextenarium. quando Deus mas Agni cornu duplex, monſtro duplici facie nato deſignatum, opponit animali oppreſsioni quam vmbræ faciunt. cuius iam ſextus dies propheticus abſoluitur in Papa, prophetarum perſecutore. Nam Iſaaci hebdomada peregrinationis, quæ eſt annorum 1962. abſoluitur anno a baptiſmo Iohannis 1562. hoc eſt anno a natiuitate Domini 1592. Carnalis ſiquidem Iſaaci peregrinatio quadringentorum annorum eſt; Spiritualis verò, annorum, 1562. Qui anni incipiunt a baptiſmo Iohannis, ex quo Iſaaci peregrinatio continuanda eſt; & abſoluenda in deſtructione Gog, & Magog, id eſt, tecti templi, & parietum eius. Tectum autem externi templi Dei, eiusque faſtigium & ſummitas Papa eſt, & eius ſacerdotes, parietes, & externa facies. Quæ iam ampliùs ſubſiſtere non poſsunt, ex Angelorum Apocalypſeωs conſequutione. Nam hæc mea declaratio, è veritate Euangelij æterni, quam paro, deſumpta, voci Angeli volantis per medium cæli reſpondet. Qui Euangelium æternum habet, vt euangelizet incolis terræ, & omni genti, & tribui, & linguæ, & populo, magna voce dicens; Timete Deum & ei tribuite gloriam. nam venit hora Iudicij eius. Et adorate eum, qui fecit cælum, & terram, & mare, & fontes aquarum. Nam qui ſequitur Angelus, clamat; Cecidit, cecidit Babylon vrbs illa magna, &c. Qui caſus eſt tecti ablatio a templo Dei externo. quod, vt dictum eſt, anno 1562. a baptiſmo Iohannis elapſo auferetur. Annum autem ſcriptura incipit a menſe Niſan; qui ferè Aprili menſi reſpondet. Quo menſe paſſus eſt Chriſtus anno tertio a baptiſmo Iohannis finito, ſecundum ſcripturas. A quo tempore ſi ſex propheticos dies numeres, quorum vnuſquiſque eſt annorum 260. numerum efficies annorum 1560. & ita reperies annum, quo tectum auferri debet a templo iſto; videlicet annum a Chriſti natiuitate 1593. Quod videtur impoſsibile ob bella in Gallia maxima adhuc vigentia. quæ tamen anno pro-

ximo ſedabuntur; ſicut a multis annis ego regi Nauarreno prædixi, ra-
tionem temporum colligens ex ſcripturis, quæ diebus regni non legitimi et
perſequutoris Eccleſiæ, annos 70. dant, Iſaiæ 23. 15. quod in Nabuccodo-
nozore comprobatum eſt. Vnde colligebam ob Franciſcum Valeſiū dictum,
qui & perſecutor vnà cum poſteritate ſua Eccleſiæ fuit, & per errorem
rex factus eſt, Carolo Borbonio contra ius faſq; non admiſſo, poſt annum
ſeptuageſimum ſtirpem iſtam Valeſiam regno priuandam. quos ſeptuaginta
annos ſi numeres ab ipſo regni Franciſci initio, peruenies ad annum 1585.
quo excitata eſt confœderatio illa, quam Sanctam ligam vocant. cuius de-
creto ſtirps iſta Valeſia regni adminiſtratione indigna iudicata eſt; & tan
dem eius operâ exciſa & penitus deleta. Quòd ſi ſeptuaginta iſtos annos
numeres ab eo tempore, quo Carolus alapa a Franciſco percuſſus, regno
pulſus eſt, peruenies ad annum 1592. quo regni poſſeſſor erit Henricus Bor-
bonius eius in iure regio ſucceſſor; & regnum pacabit. Hinc Italiam pe-
tet. & anno 1593. alis exercitus regis Galliæ cincta erunt Romæ mœnia; e-
odemque tempore intra mœnia peſtis & fames vrbem expugnabunt, &
tandem in eam ſcala patebit ingreſſus Regi; exitus autem Papæ, per po-
ſticum. Vrbs verò decem & octo dierum incendio perpetuo delebitur & ſo-
lo æquabitur. Papa verò in expugnatione cæterarum vrbium repertus,
non ampliùs ob prophetas Domini trucidatos hanc vocem effugiet, O gla-
die ſuſcita te contra paſtorem, & ſuper virum ſocium meum. Percute pa-
ſtorem; & diſpergentur oues. Conuertam quoque manum meam ſuper par-
uulos ipſos. Quo tempore ipſimet Papiſtæ vna voce fatebuntur, Papam
fuiſſe Antichriſtum, & Romam Antichriſti ſedem. Tantusque terror erit,
vt nemo ſe presbyterum Papiſticum audeat dicere, aut eorum cauſam, ne
verbis quidem, defendere. Eruntque tunc ſacerdotes ſicut populus. & mo-
nachorum nomen vnà cum Papa ex Europa euaneſcet. Latinæ linguæ v-
ſus paullatim intercidet. Eò quòd illa fuerit labij vnius lingua, qua Baby-
lon ſcortationum mater erecta eſt. Nec erit qui ampliùs curet eius cogni-
tionem habere. Quòd ſi quis tamen eius ſtudio tenebitur, delirare cenſebi-
tur. Ius Canonicum è medio tolletur. & nullum templum idolorum mane-
bit integrum in Chriſtianiſmo. Poſt menſes autem vigintiquinque ab occi-
ſo Papa, nouus PAPA, quem quidam Angelicum vocant, orietur è terra,
videlicet è collectione diſperſionis illius, ad terram vſque proſtratæ. Qui,
Roma relicta, pauperculus, nudis cruribus, Ieroſolymam pedes ibit; &
ſic ex Europa excedet. Deinde Babylonem vſque ad vltimum diem occupa-
bit, Caluini

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

bit, Caluini reformationem Synodalem amplectens, vt Iudæos conuertat, ſecundum Ieſu prophetiam dicentis: Ego veni nomine Patris mei; nec recipitis me. Si alius venerit nomine ſuo, eum recipietis. quod intelligendum eſt de externa conuerſione. Nam qui ſecundum electionem Dei vocabuntur, veram Euangelij declarationem amplectentur. quæ altiores radices aget in Oriente, vnde proceſſit ſcientia, quàm in Occidente. Interim qui annulo piſcatoris ſua obſignat diplomata, caueat ab halecis noſtræ flumine, quod è Iordane procedens, eius Sodomiticum mare è medio auferet, & eius delphinos in haleces conuertet. ſi conuerſio eiuſmodi fieri poteſt in futura illorum deſertione. In qua nec beneficium, nec templum ante iram definitam eis relinquetur integrum. Rex autem Nauarrenus victor magnam fidei ſuæ dilatationem per regiones Italiæ faciet. Sed timendum eſt, ne Vaſcones, gens erecta ceruice, & elato corde, ſua inſtabilitate veſperis Siculis iterum cauſam dent. Siquidem ego in ſpiritu Dei præuideo triplicem maris Phiahiroth oris libertatem, & aquarum ſuſpenſionem, propter Ieruſalem, quæ eo ſopore, quo Solanum, debet eſſe tripliciter poculum ſoporiferum Chriſti nomen perſequentibus. Quorum vnuſquiſque ſe ſequi iuſtitiam iuſtificantem putat; & ob id ius vitæ habere ſe in quemcumque eandem non amplectentem. Ex quo, qui potentes perſequuntur, ſimul mites & humiles deprimunt, & euertunt. quorum clamor aures Dei penetrat. Qui per ſanctum ſuum è Paran venientem, populum è maris morte eijcit, & virgâ illius ſuper Aquilonares populum inſequentes illud ipſum mare claudit: Sicut claudetur ſuper regem primum poculum ferentem. Qui, a mari Diepenſi incipiens, in mari Siculo finiet, ob elationem animi. Quamquam credo, illum eſſe, quem Iſaias 32.1. Iuſtum regem nominat: Et ea de cauſa, quem ſui Dauidem ignoranter vocant, ego Cyrum eſſe ſtatuo. quod è ſine iudicabitur; qui tamen Deo gratus erit. Interim Vaſconia ab Hiſpano vexabitur. Contra verò Hiſpania, ob illum, quem ſua ſancta inquiſitione quotidie compungunt, Zachariæ luctum, quaſi ſuper vnigenitum, in hoc exitu ex Ægypto experietur. Nam reliqua Hiſpania cum Arragonenſi regno bellum adeo ardens geret, vt eius finis nullus ſit futurus, quouſq; regnum vnum alterum deſtruat. & Galliarum regi parebunt. Sed hæc ſint ſatis de primo poculo. quod captiuitatem montis Eſau finiet, ante annum 1597. eò quòd diei prophetici crepuſculum vltrà non excedat.

Quando iam imaginis Dei ſplendor Antithei tenebras ſua præſentia profligauit; videndum eſt, quomodo denſiſſimam tenebrarum molem ex

Aſia, & Græcia profligaturus ſit illius aſcenſus ſuper duo Cherubim. qui duo vltima aquilæ Eſræ capita ſunt. Quorum primum caput Mahumetes Iſmaëlita occidit aquilæ magnum primum caput Conſtantinopoli. Vbi diu maluit Deus ſui nominis ignorationem vigere, quàm eiuſdem profanationem ferre: vt regnum Ephraim in manibus Aßyriorum, id eſt, Inſidiatorum eßet, dum adhuc regni Iudæ conuerſio expectatur ſub Antithei dominatione. Quæ non ſolùm Aſiæ antiquam idololatriam æquauit, ſed etiam multitudine diuorum ſuperauit. ita multiplicatis Dijs, vt non tantùm quæque vrbs ſuum haberet Deum, quo niteretur; ſed domus quæque ſuos lares, & tutelares Deos. Quæ cauſa fuit, vt Antitheus ille, de quo prophetauit in horto delitiarum ſerpens, dicendo, Vos Dij eritis, è medio ſublatus ſit. Cum quo Gotthorum Cæſar conſentiens, & in eodem errore perſiſtens, Aßyrius factus eſt, id eſt, Aßyriorum Imperatoris Turcæ tributarius. Aßyriæ autem Chaldæa opponitur. Chaldæa verò eſt Italia; vt Babylon Roma. Franci autem facti ſunt Itali ab Italica regina. Itaque Chaldæi ſunt ipſi, & illorum rex Chaldæus, vltimum caput Aquilæ. Quod Carolus Magnus in Gallia degens, & eius poſteritas conſtituit in Europa. E cuius ſtirpe aliqua ratione ille tertius maximi tertij cornuti poculi, quod omnia ſubuertet, propinator oriundus eſt: Vir natione Francus, qui non ſucceßione, ſed electione ad regiam dignitatem anno ferè 1595. euehetur. Heu quæ inconſtantia in doctrina humana. quàm ponderoſum & ſomniferum eſt Ieruſalem poculum. Quem nunc Catholici regem reſpuunt, Deus regem ad primum magnum poculum propinandum multa cum ſtrage eis dat. & ei parebunt. Et contrà quem Reformati reſpuent, & indignum regno iudicabunt, regem ſimiliter cogentur recipere. idque cum tanto dißidio, vt Turca cognoſcens, primo occupanti velut expoſitum regnum, ſuas vires & copias vniuerſas collecturus ſit, vt Europam domet, & ditioni ſuæ adijciat, tamquam Conſtantini Magni ſucceßor. cui Europa, & Occidens, imperij Conſtantini altera pars, legitimè in hæreditatem cedit. Quamquam alia de cauſa eum Deus ad nos mittat ſecundum Iſaiam 63. nempe recordatus dierum longi temporis Moſis, & populi ſui ſub Pharaone. a cuius iugo, vt iam dictum eſt, Reformati liberabuntur, anno 1593. Sed multiplex eſt Pharao. Quare Nembroto maximo venatore coram Domino ad Pharaones vniuerſos in mare proyciendos opus eſt. Per quem egreßus es Omnipotens in ſalutem populi tui, in ſalutem cum Chriſto tuo. Quod Ioël filius Phatuel, id eſt, Volens vel Iurans Dei dilatationem, confirmat in ſua prophetia; quæ ad aliud

tempus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

tempus referri non poteſt. pariter atque Nahum Helcoſeus, id eſt, Dei duriciem conſolans, vnà cum Luctatore Habacuc. Qui tres prophetæ hunc exitum vnanimiter deſcribunt ex profeſſo, & nihil aliud. Nam Habacuc Nembroti Gallici, qui è terræ viſceribus orietur, velut ſerpens, & maximus draco fiet, ſucceſſum deſcribit primo capite. Cuius exercitum, Chaldæam gentem amaram vocat. qualis non fuit ante, nec erit poſt. Cuius principium vides nunc in rege Francorum Nauarreno. & cuius ſucceſſus in futuro par erit; & tandem maior. Nam, quæ ille non euerterit, hic euertet regna Chriſtiana vniuerſa. quæ ei parebunt. Turca verò Imperij Cæſarum noſtrorum maximam partem ſubiget, ſecundum Ioëlis propheriam, qua Aſianos conſolatur inquiens, Aquilonarem elongabo a vobis; & expellam eum in terram deſertam & deſolatam. Cuius facies eſt a mari Orientali; & finis eius ad mare nouiſſimum. Hoc autem tunc fiet, quando ſuper Aquilonares poculum ceruiſiæ plenum effundet, ab Oriente proficiſcens, & in Occidentali mari finiens, anno milleſimo regni illius, quod Mahumetes incepit anno Chriſti 623. Cui adde ſcripturæ millenarium diem annorum 981. & eius finem reperies anno 1604. At Turcæ ſuum millenarium non a regno, ſed a lege ſui prophetæ incipiunt, quæ data eſt anno 621. Cuius præcepto annos lunares faciunt. Vnde millenarium 971. annorum ſolarium conſtituunt, anno Chriſti 1592. finientem. Quo anno putant Mahumetis legem vnà cum Mundo finituram. Nos verò aliter cenſemus; videlicet anno iſto propheticorum dierum ſex conſtitutionem finiri. qui ſuis numeris abſoluti, annos duodecim ſibi aſciſcunt & nouam conſtitutionem incipiunt, anno 1593. vſque ad annum 1604. Quæ ſi Turcam in ſuo principio in Occidentem non adducit, eius aduentum non prolongabit vltra menſem Niſan anni 1597. quia ſexti diei prophetici veſpertinum crepuſculum vltra proferri non poteſt. ſed neceſſe eſt, vt nox illa obſcuriſſima Europam inuadat. A ſimili etiam concludo, in dierum abſolutione integra crepuſculum veſpertinum non exceſſurum annum 1607. Itaque fieri non poteſt, quin ad ſummum anno 1608. nox Mahumeticæ legis Aſiam inuadat, cuius Regiam propheta vocat Niniuem ſimiliter atque Venetias vocat No. quæ tunc euerſæ iacebunt. Aſia autem vaſtabitur, & captiua fiet contra Turcam Aquilonarem vocatum, eò quòd ab Aquilone aurum veniat propter Deum terribilem laude, Iob. 27. 22. Aurum dicens Eliu, quod Paran Habacuc, id eſt, Puritatem. Quoniam Deus terribilis eſt, quando puritatem eſt facturus. Cuius principium eſt, ſecundum Ieremiam, ſicut Thabor in montib. & Charmel in mari, Ierem. 46. 18. Thabor autem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

bor autem eſt puritas illa, quæ ab ipſa aurora radijs ſolis cacumina montium purificat, & in mari Charmel efficit, id eſt, cognitionem circumciſionis. qua aquarum ſuperficies excinduntur, & in nubes aſcendere percipiuntur. Tunc enim denſarum nubium occurſus fit; atque, vt inquit ille, Sæuum prælustri fulmen ab arce venit. Hæc autem puritas his quadraginta annis ſuprà definitis maximos tumultuum tonitrus efficiet, & rerum omnium euerſionem. Quam Ezechiel ſextationem vocat. cui ſextare eſt ſextas auferre partes, id eſt, quicquid a ſexto die ſuam vmbram & ſplendorem mutuatur. Quod eſt vrbes, ciuitates, caſtra, munitiones, templa, parietes, & domos euertere. Et in ſumma è Baſan omnia pinguia animalia auferre, hircos, boues, & arietes; id eſt, nobiles, ſacerdotes, & diuites populares; qui germen maſculum ſunt Beſtiæ charactere in fronte & in dextera ſignatum. Hæc enim omnia auferentur, vt ſola ſeptima pars Deo relinquatur & Chriſto eius. Qui nomine Gog, & Magog in Apocalypſi gentes omnes perdendas complectitur: easq; a Satana in latitudinem terræ deducendas, & igne cæleſti a Deo miſſo deuorandas prædicit; & Ezechiel, poſt deſtructionem, ab Iſraëlitis ſpoliandas. Quarum arma ad ignem faciendum ſufficient eis ſeptem annos Ezech. 39. 9. Id autem, quomodo fieri poßit, dubium eſt. Quod dubium ſoluit Eſras dicens; Ecce populus meus quaſi grex ad occiſionem ducitur. Iam non patiar, illum habitare in terra Ægypti, ſed adducam eum in manu potenti & brachio excelſo. Hinc omnem hanc cladem perſequitur, concludens; Non derelinquetur, qui colat terram, nec qui ſeminet eam. Ligna dabunt fructus; & quis vindemiabit illa? Vua matura fiet; & quis calcabit illam? Erit enim locis magna deſertio. Cupiet enim homo hominem videre, & vocem eius audire. Relinquentur enim de ciuitate decem & duo de agro, qui abſconderint ſe in denſis nemoribus & ſcißuris petrarum. Non ergo mirum erit, ſi eis ſeptem annos armorum ligna ad calefaciendum ſufficiant. Et ne quis putet, autores hos de tempore alio loqui, quàm de noſtro, arma, quæ proponunt, in medium adferam, ab Eſra incipiens. Is vnà coniungit ignem, & grandinem, & rhomphæas volantes. Quæ ſunt mißilia plumbea ex bombardis arquebuſis & ſclopetis (vt vocant,) quaſi enſes & pugiones volantes, ad homines eminus occidendos egredientia. Nahum verò deſcribit tormenta ignea, a nobis cannones & artillerias vocata. In igne lampadum currus, ait; in die qua præparabit ſeſe (diſperſor Gallus) & abietes (lanceatas) vibrabunt. in plateis tranſuerſi agentur equi curruum, coxantes (præpondere) per plateas. Aſpectus eorum (can-

nonum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

nonum) veluti lampades, (quæ) tanquam fulgura diſcurrunt. Nemo enim negare poteſt, quin orificia tormentorum bellicorum noſtri temporis, maiorum inquam, lampadum, quales in templis viſuntur, figuram referant. Vnde fulgura & tonitrua euomuntur omnia euertentia. De quibus Apocalypſis, Et grando talentaria deſcendit de cælo, id eſt, per aëra fertur in homines muros & arbores. Quæ grando globus eſt ille ferreus, qui a tormentis æneis vomitur. Hæc autem armorum genera nuſquam primis temporibus viſa ſunt; præterquã in ſpiritu prophetico. Quo duce etiam præſentem declarationem facimus, ſecundum dictum hoc. Non facit Dominus Iehouah quicquam, niſi reuelauerit ſecretum ſuis ſeruis prophetis, Amos 3. 7. Quæ cauſa eſt, vt hic tantus exitus ex Ægypto, per hoc halecum ſcriptum indicatus, mihi reuelatus ſit, in ſalutem omnium in Chriſtum ſperantium, qui eius interpretationem ſanctè & pia mente legent. Quorum conuerſionem quæro; vt hilariter hanc duplicem vtriuſque poculi tempore maris inundationem brachijs fidei ſuperent. Harum inundationum, Chaldaica ducem habet caput illud aquilæ, cui dictum eſt vt quieſceret vſq; ad finem. Quibus verbis ſignificatur illum dominaturum ſuper vniuerſas terras, quas ſubegit olim Imperium Romanum, & longe lateque regnaturum, quandiu rex arma feret: feret autem arma antequam ſit rex, & poſt, annis quadraginta. Et ad imperium in priſtinum ſtatum reducendum animum applicabit. Heu quanta cum ſtrage. Armis autem Gallias ſubiget, Scotiam, Angliam. Doleo equidem vicem tuam, Regina, quæ Francos exules recepiſti. Sed quod præcipuum eſt, omiſiſti. Nam, vt antiqui Romani Pontificatum Iſraëliticum conferebant; idem tu ius a prædeceſſoribus tuis tibi vendicaſti; religionem tuam ſubditos recipere potentia & vi coëgiſti, qui perſuadendi potiùs erant; & ea ratione ius ſpiritus Domini tibi proprium feciſti, & ſacra profanis miſcuiſti. homines denique ſimpliciſſimos atque innocentiſſimos, nullo prorſus nec diuino nec humano iure, vltimo ſupplicio affici iuſſiſti. Vnde Balſaſaris finis, niſi tui miſereatur Deus, imminet tibi. Et tu Sabaudiæ pars, quæ Nauarreni regis poculum effugiſti, cornutum iam propinabitur tibi. Tu verò Heluetia, quæ ſeruitutis tuæ a regibus ſtipendia recipiebas, ea iam penitus amittes, & nouo ſeruitutis genere ſerua fies. Tu autem Geneua non ampliùs diceris virgo. Quò enim diuturnior fuerit dominij alicuius continuatio, eò futurus eſt certior caſus. Eſu ſanguinis tuorum ciuium, humanam ſacrificaturam ædificaſti; & ſanguis propinabitur tibi. ſi quidem inimicus tuus tibi dominabitur. Prædicationes tuæ faſtidio erunt ſuper lacum

Lemanum; & ibidem Caluini doctrina deſeretur. Tu quoque Hiſpania, inebriaberis, & poculum iſtud bibes itidemque inſulæ Italiæ adiacentes, Italiaq; ipſa. Quæ ſcabellum erit bellantium Chaldæorum, & Aſſyriorum. Nam continuis prœlijs & inuaſionibus vtraque natio ſuper eam diſcurret, & eam ſanguine inebriabunt, quæ olim omnes nationes concuſſionibus ſuis vexauit. Interim Aſſyrius Turca omnes nationes Aquilonares ſubiget, & quæ relinquet, ille Chaldæus Nembroth euertet. In ſumma nullum regnum Chriſtianorum roſtra duorum capitum aquilæ, nec eius vngues acutiſſimos effugiet. Heu quis poterit ſubſiſtere? Nam Aſſyriorum inundatio tanta erit, vt ad Picardiam & Northmaniam vſque, quæ ceruiſiam bibunt, ſeſe extendat. Vnde, niſi Pariſienſes reſipuerint, timenda illis eſt altera viſitatio. Galli verò interea contra nouum regem perpetuò dimicabunt, & Germani contra Turcam, nouum, ob præcedentis mortem, imperatorem eligent, quem primo congreſſu amittent. At Turca gradum a Northmania retrahet, & iter faciet per Flandriam & Arduennam ſyluam, omnia euertens, quouſque tandem Coloniam Agrippinam ſubigat. Quo tempore, collectis vndique copijs, Chaldæus Nembroth in agro Colonienſi Aſſyrios debellabit, & pœnâ talionis ab Adonibezeco iuſtâ agnitâ Turcam afficiet. Nam Turca, ex pugna in aulam quandam retractus & ſeruatus, nuncium habebit, vt ſicut antea ipſe ſubditis ſuis, vt caput ad ſe mitterent, imperauit, ita nunc caput ſuum ad Imperatorem mittat. De quo Habacuc; Transfixiſti caput de domo impij, denudando fundamentum vſque ad collum. Perfodiſti baculis eius (ſcilicet Chriſti) caput exercituum ipſius. alluſionem faciens ad imperatos baculos Phaſe, quibus populus, videns, Pharaonem a Moſe virgâ in mari ſubmerſum, videbatur gaudio geſtiens illi caput ferire, & ea ratione ſpiritus victoriâ potiri. Spiritus enim è longinquo, ſolo ſermone ferit. quo Chriſtus retroagit eos, qui ad ſe veniunt, vt manus in ipſum inijciant. Ad quod referri debet halecis litera N ſummitate ſua incudem in terra vbique figendam, feriens. Literæ enim legem & ſermonem exprimunt, malleum in ore conſtituentes. Vnde Ieremia, Iehouam ſimulacris opponens, dicit; Non erunt ſicut illa pars Iacob; quia plaſmator omnium ipſe eſt, & ſceptrum hæreditatis eius; Iehouah exercituum nomen eius. Malleus es mihi, (inquit Deus) inſtrumenta bellica. Conteram enim per te gentes, & diſperdam per te regna Ierem. 51. 19. Et idem propheta cap. 23. ver. 29. Nonne ſic eſt verbum meum, tanquam ignis, dixit Iehouah, & veluti malleus petram conterens? Itaque halecis victoria verbo tantùm paratur, ſuper neruum inundationis

undationis populorum. Quem Deus tanto terrore ſecabit, vt Habacuc cap. 3. ver. 16. concludat, Deſinam in die anguſtiæ aſcendere ad populum, quem ſuccidet (Deus) ſcilicet per hanc inundationem. quæ ſtrage multiplici diluuium ſuperabit. Id enim vnius linguæ populum deleuit, & hæc inundatio multarum linguarum populos euertet, idque maximo cum eorum cruciatu: non quidem paucis diebus, ſed quadraginta annis, diebus quadraginta diluuij reſpondentibus. Verumtamen hæc tanta ſtrages in Europa dimidium temporis erit ab halecum captura; & reſiduum in Aſia, & Africa. Nam cæterarum monarchiarum reges (quos a quatuor ventis Deus congregaturus eſt) reſciſcentes Galli Imperatoris victoriam, è ſuis regionibus in Italiam eum adibunt; vt ope ipſorum humanæ naturæ hoſtem, iam in capite deuictum, in toto corpore deuincat; ne ampliùs criſtas erigat. Itaque vniuerſis Europæ populis vel ſibi deditis, vel deuictis (deuicti autem erunt omnes, qui Chriſti tempore imperio Romano parebant) atque pacatis, circiter annum a Chriſto nato 1607. mare vnà cum eis tranſmittet, ac Turcicam Niniuem cum ſuis vrbibus ſubiget. atque vbique, velint nolint, Chriſti nomen diſſeminans, legem Mahumetanam funditus euertet. ita vt in toto orbe nemo Mahumeticum nomen audeat profiteri. Deuictiſque tandem longè lateque hoſtibus, iam contractâ amicitiâ cum rege Arabiæ, ſic, vt alter alteri, qui ſibi ſuperſtes fuerit, regni ſui ius cedat, in patriam reuertens, vt inquit Mirabilis liber, montem Olíueti pertranſibit: vt illi, qui, ibi captus, ad mortem crucis adactus eſt, gratias agat. Vbi coronâ in terram depoſitâ, Chriſto de ſua victoria gratias agens, magno cum terræ motu emittet ſpiritum. Sic homo mendicus ab Imperatore cruci affixus, cum miraculo, Imperatorem vnà cum regno vitâ priuabit. Eritque ipſe Rex regum, & Dominus dominantium, quum vicerit caput (regnans) ſuper terram multam, Pſal. 110. 6. quam victoriam ſuo Meſſiæ tribuunt Iudæi. Qui tunc attoniti reſipiſcent; & noſtrum Meſſiam pro ſuo amplectentur; & Chriſtiani fient, magno cum applauſu. eò quòd in ipſo Sione virgâ oris ſui mare ſuper vltimum Pharaonem clauſerit. Cuius milites & exercitus diſpergentur adeò, & conterentur, vt pauciſſimi ad ſuos remeare poſſint, nec in Iridis coronam Deum laude ſua cingere. ita vt tunc Dei arcus verè denudatus reperiatur. quo tempore in Oriente, pariter atque in nouo orbe, Euangelium propagabitur.

Quam concluſionem facit Ioël cap. 1. ver. 7. dicens. Vitem meam poſuit in deſolationem, & ficum meam in decorticationem. nudando nudauit

eam, & proiecit. albi facti ſunt rami eius. Quod ſignificat, regiam, poteſta-
tem, quæ in terris vitis eſt, in Armagedon deſolatam eſſe; & ramos, & radi-
ces amiſiſſe. tam videlicet enſem, quàm togam: Nam ius Romanum & ciuile
vnà cum Cæſarum imperio extinguetur. Et pariter etiam ficum denuda-
tam, id eſt, humanam & viſibilem ſacrificaturam, omnibus opibus ſpolia-
tam eſſe a ſerpente. qui præuidens caſum ſuum proximum, vniuerſum pul-
uerem terræ deuorat, tam in corporibus hominum, quàm in collectione di-
uitiarum. Is terræ viſcera occupat. omnia in eis abſcondita, & clauſa, ei no-
ta & aperta ſunt. Nihil intactum relinquet. omnia aperientur coram eo,
qui tenebrarum exteriorum princeps eſt, in cæleſtibus cæcus, in terrenis ocu
latiſſimus. Cui iræ Dei magnum torcular exprimendum datum eſt. vuas
& botros Angelus Dei vndique colligit, colligetque adhuc his annis quadra
ginta: vt in torculari exprimantur ab immiſericorde Dracone; cuius fu-
ror Agni præſentiâ in ſuis membris a principio mundi occiſi, & iam vbique
occidendi, exaſperatur. vnde ſanguis manabit vſque ad frenos equorum,
vbicunque Edom reperietur, id eſt, Chriſti nomen humanis legibus ſancti-
ficatum, ex ſanguinibus, & voluntate carnis, & deſiderio viri natum. Ex ſan-
guinibus autem Babylone naſcitur homo & beſtia. Sodomæ naſcuntur ex
voluntate carnis; & qui in ea ſunt, indigenæ vt ſint, oportet : Ex volun-
tate autem viri in Ægypto. Conſiderate voſmet ipſos; & videte, an ex ali-
quo horum trium locorum habeatis originem. Nam Babylone ſanguis ani-
malis & hominis in eadem generatione commiſcentur. id eſt, ſpiritus &
concupiſcentia in eodem terrenæ habitationis conſenſu voluptuantur, &
deſident. Sodomæ ex voluntate carnis, & ex oculo, id eſt ſecundum appeti-
tum & doctrinas hominum peccatum iuſtificatur, mundatur, & refunditur:
In Ægypto natus, ex voluntate viri, id eſt potentis, Dei cultum ſtatuit.
Quæ tria ad Eſau, Seir, & Edom ſpectant. Quorum dominus eſt draco ru-
fus & humanus, in angelum lucis transfiguratus, degens in cæleſtibus. qui
perſequitur mulierem ſole indutam: cum quo certamen iam apertum, pro-
pter eam, Michaël habet & angeli eius. Qui mox eum è cælo vnà cum Pa-
pa deijciet. Quæ cauſa eſt, vt Draco flumen vndique ex ore ſuo eijciat ad mu
lierem deuorandam, quæ peperit maſculum Chriſtum. Qui iam omnes nati-
ones virgâ ferreâ reget. Nam Dei & Chriſti eius omnia ſunt regna, & ſcu-
ta terræ, Pſal. 47.10; Apo. 11.15. Qui clypeos vniuerſos collecturus eſt, vt
ſolus dominetur in terris, vt tẽpore prophetarum dominatus eſt in Iudæa
ſolus, Eccleſiam tuendo, & ab inſultibus hominum defendendo; eamque

rerum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

rerum penuriâ viſitando,& caſtigando. Quoniam igitur ira Dei iam accenſa eſt contra omnem elatum & extollētem ſe,hortor vos Reges, Principes, & Nobiles,quotquot habetis ſummum ius in ſubditos, vt coram Domino humiliemini. Demittite ſuperciliorum elationem. humilia curate; & quæ legis externa ſunt,viriliter agite. Pauperum curam ſuſcipite,ac propter eos annum Iubilæum vbiq; publicate.Quia Chriſtus, vt annum Iubilæum æternum in hominum ſacrificaturæ locum ſubſtitueret,paſſus eſt.atq; vt miſericordiam ſacrificij loco confirmaret,mortuus eſt. Et tamen nemo veſtrum in ſuo regno, vel dominio hucuſque curauit debitorum remiſſionem generalem & vniuerſalem facere,ſeruitutis iuga laxare,& refrigerium laſſo,& pauperi dare (quorum clamor ad cælum aſcendit) quaſi ad ſe legis externæ,& pauperum cura nihil attineret. Pariter atque Sacerdotes, qui curam gregis ſibi traditam putant,abſque cura pabuli illius. Qui numquam gregem ſuum ſimul & ſemel paſcentem viderunt; quò eorum mores diſcernere oculis poſſent, vt eis ſalubrem eſcam de moribꝰ Chriſtianis vnà cum paſtu corporis darent: Se Chriſto ſatis feciſſe credentes,modò verboſa aliqua concione ac precatione perfunctoriè excogitata, populi aures demulceant. Nec umquam animum appulerunt ad Chriſti & Apoſtolorum imitationem. qui per menſas populum diſcumbentem,vnam videbant, vt fraternam æqualitatem & charitatem in eorum cordibus ingenerarent. Vnde ferini mores in omnibus geniti ſunt; dum non niſi canes ad vomitum reuertentes nutriuntur,& ſues ad volutabrum redeuntes. Quare & ipſimet Sacerdotes porcum edunt, & alios edere faciunt, & immundorum animalium omnia genera. quorum ſanguinem vnà cum carnibus edunt,immundi facti in omnibus. Hæ autem ſordes & immunditiæ Sancti è Paran venientis faciem & ignis puritatem ferre non poſſunt. Qui iam è cælo ſonitus, fulgura & tonitrus ingentes excitat, & terræ motum magnum, qualis numquam fuit, ex quo homines fuerunt ſuper terram, nec erit in poſterum, vſque ad diem iudicij. qui dies vniuerſum mundum,ob præſentis imaginis Dei manifeſtationis contemptum & obliuionem,iuſtè è medio auferet. Quapropter mundificate veſtimenta veſtra,porcum & ſanguinem ac ſuffocatum reijcite;quæ ea ſordida faciunt. Conſecrate Deo inteſtinorum hircorum,vitulorum,& arietum pinguedinē (id eſt delitijs veſtris, quæ vos pingues faciunt,prorſus valedicite) Ex qua odorem ei gratum adolete ſuper altare ſacrificiorum illius. Saccum cingite ſuper lumbos veſtros; & cineres ſuper caput ſpargite. vt ex ipſis indumentis coram oculis hominum fidem faciatis, ſplendorem iuſtitiæ veſtræ

eſſe in Deo, & in Sancto eius puritatem generationis capitis veſtri. Ieiunio publico carnem macerate; & cauete, ne denuo porcum edatis, id eſt, in volutabrum redeatis. Potiùs date operam, vt ſobrietate, continentia, & caſtitate Deum ad miſericordiam adducatis: quò ſaltem aliqua forma reipublicæ nobis relinquatur. Niniue ieiunio ſacco, & cinere Deum placauit, Achab quoque, pœnitentiâ aliquâ ſuâ, aliquam miſericordiam & relaxationem conſequutus eſt. Quis ſcit, an conuertatur Dominus? Ne dicatis in cordibus veſtris, Deus non videbit nouiſſima noſtra; ſicut hodie, ſic cras erit. Nam Deus patientiam maximam hucuſque præſtitit, iam tot ſecula nominis ſui profanationem paſſus. Audite Prophetas, qui omnes vna voce hanc cladem ante iudicium vltimum prædicunt futuram. Quærite Dominum, non animas veſtras. Ioëlis verbo audientes ſtote, Ioël enim is eſt, qui nullum tempus, quàm hoc præſens, prædicit. Eſram conſulite, qui apertis verbis hanc, quæ ſub vmbris inuoluta eſt in prophetis, cladem prædicit. Metimini tempora, quæ vobis definita ſunt. & videbitis, in prima mundi hebdomada eundem annorum numerum ſupereſſe a diluuio Noæ, vſque ad euerſionem Sodomæ, qui ſupereſt ab anno præſenti 1590. ad vltimum iudicium vſque. Quare Noæ tempus eſt. Noæ diluuium eſſe mœſtiſſimus concludo. Imago Dei erigit caput. Quid agetis vmbræ? Non poteſt præſente Domino ſerpens erectus manere, dum ad fidem vocatur Adamus. Non poteſt in ſepulchro retineri Chriſtus, etiam præſentibus militibus, oriente ſtella matutina. Non poteſt Pharao in mare perſequutionem longiùs proſequi, incipiente quarta vigilia. Eſau, Seir, & Edom non poſſunt ſuum ſextenarium numerum in hebdomada Iacobi Chriſti ſupra eius ſabbathum conſtituere. Mares duo vnius vxoris eſſe non poſſunt. Chriſtus eſt mas, Chriſtus eſt maritus vitæ ſpiritualis. Quî fieri poteſt, vt mas per enſem, cum mare per ſermonem vnà ſubſiſtat, & vt tenebræ iſtæ ſpiritus luci ſe ſe opponant. Quæ iam vſque ad extremas Mundi oras radios viuificationis ſuæ ſparſura eſt. quando coram Creatore Eccleſiæ marito incuruarunt ſe montes ſeculi, colles ſeculi. Incuruarunt ſe itinera ſeculi, id eſt, antiquiſſima regna, principatus, pagi, villæ, & ædes, tum nobilium, tum ſacerdotum, quæ ſuper colles locari conſueuerunt. & commercium illud antiquum conſiliorum, & Synodorum, pariter atque mercium, periit ob incuruata itinera. Quoniam vnà cum Imperio Chriſtianorum commercium marium, & continentis peribit, & numquam in integrum reſtituetur. Lingua populorum multorum communis interpres nulla erit ampliùs; præterquam Francica, & Arabica; ob duas aquilæ pennas, quæ

nas, quæ ex Arabia in Francia, & ex Francia in Arabia regnare debent vſque ad finem ſeculi. quarum regnum erit exile & tumultuum plenum. Quare humaniores literæ ſepultæ iacebunt, quemadmodum in hac Mundi deuaſtatione vnà cum opibus bibliothecæ omnes incendentur. Quid igitur facietis, ſcientiarum humanarum, & vanæ theologiæ ſcriptores; qui ex libris veſtris gloriam æternam ſperatis, aut quæritis? Et vos diuitijs innixi; qui nomen veſtrum in caſtris ſcribitis, qui terris veſtra nomina datis; vt in eis nomen æternum faciatis? Nam facultates veſtræ direptioni datæ ſunt; veſtra nomina exciſa, & hæredes è mundo ablati. Vt pinguedinem efficeretis veſtram, clauſiſtis aurem ad clamorem pauperum. Vos quoque clamabitis; & non exaudiemini. Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Saltem id modicum temporis, quod vobis reliquum eſt, rectum iudicium iudicate; & miſericordiam indigenti, & mendico ex animo facite. Debita remittite, vt a Patre veſtro remittantur vobis. Pupillos, & viduas ſubleuate. In plateis exules & peregrinos perquirite, vt eos hoſpitio ſuſcipiatis. Nudos veſtite; vinctos in carceribus viſitate. vt Deus vobis det, qui viſitet vos in manu inimicorum detentos. Nam diuitiæ veſtræ non liberabunt vos. pecuniæ nihil proderunt. ſed præſens & ex corde proficiſcens charitas illa eſt ſola, quæ eruet vitam veſtram è manu inimicorum. Deus eſt receptor eiuſmodi donorum noſtrorum, quæ in cælis a Chriſto ipſo, in redemptionem noſtram, conſeruantur. Quoniam charitas & miſericordia cum eleemoſyna coniunctæ, ſunt præſidium & propugnaculum Chriſtianorum aduerſus omne malum. Illud enim ego prædico vobis, Decimum octauum annum non præteriturum, quin omnia in vniuerſa Europa, vaſtata euerſa & diruta ſint. Et vos Aſtrologi, qui militiam cæli adoratis; vos qui dies ex iſtorum præſcripto obſeruatis, ad annonæ caritatem inuehendam, quid agetis? Cæli militia contra vos fame, & peſte dimicabit. Et vos rurſus quorum populi iurant in nomine Iehouæ & Melcham, vt inquit Sophonias, huius cladis itidem propheta, id eſt, qui dicunt, Ex voluntate Dei, & regum vel principum noſtrorum nos colimus Deum, quid agetis, vnà cum populis veſtris, coram ſui nominis zelatore, qui ſuo proprio arbitrio coli vult? Qui iam apertè vobis bellum, indicit, apprehenſâ Iſraëlis dexterâ, vt per eum veſtram Babylonem, Sodomam, & Ægyptum euertat. Quid agetis Paſtores, qui Deum ex libito veſtro vel ex doctoris alicuius placitis, qui vos præceſſit, colitis; & non erubeſcitis in præſentia illius, qui etiam in templo intellectuali vult coli ſuis legibus; ſecun-
dum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

dum quas debetis in Eccleſia de omni lite & controuerſia ius dicere? Quid vos ſimiliter agetis, qui nigras induitis veſtes cum ſacerdotibus, quando legum Dei cognitio veſtrum nomen deletura eſt cum veſtra Iuriſprudentia è domo ſua; vt ſoli Sacerdotes & Leuitæ eius charitatis iudices ſint? Quos obſecro & obteſtor, vt ex antiquo Eccleſiæ inſtituto diaconorum, & viduarum famulitium ad pedes ſanctorum lauandos & eos hoſpitio ſuſcipiendos, etiam de proprijs facultatibus, parent, ac menſas charitatis renouent vnà cum cœna Domini; quæ quietis die, quoad eius fieri poteſt, celebrari debet. vt aßuefaciant populum ad mortem Domini viriliter ſuſtinendam: & hoc modo malas herbas, abſynthium, & zizania ex agro Domini eruãt, & abſtinentiam ſobrietatemque in gregibus ſuis, exemplo, potißimùm ſuo ſeminent. Et tu Dania, quæ nobis iudicij Diuini teſtimonium profers, quippe cuius oppidum Marſtrant, vbi potißimùm haleces capiebantur, inſtante iam halecum defectu, propter publicas ſcortationes igne ferè abſumptũ eſt, tu, inquam, Dania, Chriſti tui præcepta quæ hîc explicantur, diſce, & exequere: Nam, quibus regnis primùm iudiciorum Dei declaratio mittitur, ſi ab eis contemnuntur, prima etiam in memoriam veniunt ad calicem mortiferum eis propinandum. Vos autem pauperes & mendici, vermis Iacob, qui Domini generationem ſpiritualem, confoßo corde, & interno amputato capite, habetis, gaudete & lætamini in Domino, qui dat laßo fortitudinem, & cui non ſunt vires, robur multiplicat. Laßantur quidem iuuenes, & fatigantur, & iuuenes cadendo cadunt. At ſperantes in Iehouam mutabunt robur. Aſcendent alâ ſicut aquilæ; current, & non laßabuntur; ambulabunt, & non fatigabuntur, Quoniam, vt inquit Habacuc, Iehouah dominus eſt fortitudo mea, & ponet pedes meos tanquam ceruarum. Atque ſuper excelſa mea calcare faciet me, victorem in pſalmis canentem. Nam victoria noſtra curſu perficitur, & Sapientia noſtra in gloriam Omnipotentis dißeminatur, Dan. 12. Quibus vos, qui hucuſque in vmbra mortis ſepulti, nouißimi in regno cælorum viſi eſtis, primi cenſebimini. Nunc videlicet, quando Dei Imago, erecta fronte, in templum teſtimonij vos introducit, per eos, quos vbique ſuſcitat, ſacerdotes Saddoc, id eſt, Angelos lucis & paſtores iuſtitiæ ſecundum Ezechiëlis dictum. Cui conſonat Ioël, a quo iuſtitiæ doctor nunc vobis promittitur qui ſcilicet iuſtitiam doceat & ſequatur in lucta ſpiritus. In qua vos Antipâtes & omnib. oppoſitos conſtantes eße oportet, ad vitæ æternæ coronam reportandam. Ad quam nos perducat is, qui ſolus iń corpore viuit in ſecula ſeculorũ; nos victores efficiens malorũ, quæ a duabus halecibus prænunciantur, Amen.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 214 [21,-213 4°]